


H T


GAUDEO.



LITTERÆ ANNVÆ
PROVINCIÆ
PARAQVARIÆ
SOCIETATIS IESV

Ad admodùm R. P. MVTIVM VITELLESCVM ejuſdem Societatis Prępoſitum Generalem


Miſſæ à R. P. Jacobo de Beroa Paraquariæ Præpoſito Provinciali,

Ex Hiſpanico autographo Latinè redditæ à P. FRANCISCO DE HAMAL Belgâ Societatis ejuſdem.



INSVLIS,
Typis TOSSANI LE CLERCQ
ANNO M. DC. XLII.
Superiorum permiſſu.


JOHN CARTER BROWN.



AD LECTOREM.

HAbes in hoc libello, amice lector, magnum lenimen doloris quem hisce temporibus tibi ex duplici fonte manare suspicor; dum per belli in Europâ ferè universâ injurias tanta divinæ gloriæ dispendia conspicis, vel ipse Martis furorem sentis per fortunarum aut carorum jacturã. Duo præsertim cernes in hujus histo-

riæ contextu : calamitates non ingratas eſſe debere quia inſuaves, ſed vel eò diligendas magis, tanquam fœlicitatis æternæ arrhabones. Alterum eum eſſe Dei Optimi Maximi morem, ut ſi quid uſpiam terrarum orthodoxa fides accipiat detrimenti, alibi compenſet cum fœnore. Id docent paſſim hiſtoriæ; & nuper admodùm fœliciſſimi ſociorum in Paraquariâ conatus. Hæc dum reputarem mecum, leniri laborem ſentie-

ſentiebam, quem alterius pœnè orbis character & Hiſpanica phraſis Barbaræ linguæ commercio jam aliquatenus corrupta adferebat. Vnũ modò vereor, ſcilicet ne eruditas aures ſtyli inelegantia & aſperitas offendat: ſed monitum te velim hoc qualecumque opus, obedientiæ opus eſſe. Imitare quæſo apũ prudentiam, quæ neglectis ſpinarum aculeis è roſarum ſuave-olentibus foliis mel exſugunt. Roſas hîc habes

 hiſto-

hiſtoriæ venuſtatem; quam auſim dicere non tantùm ex meo, ſed & graviſſimorum virorum judicio, nulli id genus quæ lucem adhuc viderit concedere. dictionis itaque ſpinas omitte & vale.



APPRO-

APPROBATIO.

NIhil in hoc libello adversùs fidem moresq́ue bonos continetur. Imò multa in eo scitu commendationeq́ue digna & quæ ad proximi utilitatem faciunt memorantur.

Datum Insulis hac 13. Augusti 1642.

CALCAN P. I.
In S. Stephani
LIBRORUM CENSOR.

FACVLTAS PROVINCIALIS.

EGo infrascriptus Societatis IESV in Gallo-belgica Provincialis juxta Privilegium eidem Societati concessum quo Bibliopolis omnibus prohibetur, ne libros ab ejusdem Societatis hominibus compositos absque Superiorum permissione imprimant, facultatem do TOSSANO LE CLERCQ Typographo Insulensi ut librum, cui titulus est: Litteræ Annuæ Provinciæ Paraquariæ Societatis IESV ab Anno 1635. ad Annum 1637. &c. ex Autographo Hispanico Latinè redditæ à P. FRANCISCO DE HAMAL Belgâ ejusdem Societatis ad sex annos proximos imprimere, & liberè distrahere possit. Datum Insulis 4. Mart. 1642.

FLORENTIVS DE MONTMORENCY.



LITTERÆ ANNVÆ PROVINCIÆ PARAQVARIÆ SOCIETATIS IESV, AB ANNO M.DC.XXXV. AD MENSEM IVLIVM ANNI M.DC.XXXVII. MISSÆ AD REVERENDVM Admodum P.N. MVTIVM VITELLESCVM, SOCIETATIS EIVSDEM PRÆPOSITVM GENERALEM.



ANNO 1634. exeunte annuas provincię noſtrę litteras tranſmiſi, quibus & illius ad hec uſque tempus incrementa ſignificabam, & fœlices ſociorum in hâc Domini vineâ laborum fructus, addito præthereà ordine, quem in luſtrandâ

provinciâ ſervaveram: Finem fecit eorum narratio, quæ in miſſionibus Vrvay & Paranæ ad Dei gloriam geſta ſunt. Porrò in his, quæ exinde ad anni ſeptimi & trigeſimi medium contigêre ſcitu digniora breviter proſequar: quo tempore tantò illuſtrior Societatis laus fuit, quò plures ſociorum vineam hanc non modò laboribus excoluerunt fœliciter, verùm etiam fuſo ſanguine irrigarunt. Patrum exempla pueri etiam ſecuti, & ipſi de Barbarorum tyrannide cælo terrâque ſtupentibus triumphantes.

Hæc quæ dixi tempora frequens ſucceſſuum varietas diſtinxit, admixtis (ut ſolet) ſerenitati tempeſtatibus. Modò morbi graues & contagioſi, modò bellorum tumultus, non rarò aduersùs fidem perſecutiones, ab Indis rebellibus excitatæ, placidum Euangelii curſum interturbarunt. Sæviſſima tamen procella ab illis venit, qui Chriſtiano nomine gloriantur. Hi ſunt ſancti Pauli in orâ Braſilicâ Incolæ, qui plusquàm Barbarâ immanitate novas Chriſtianorum colonias populati ſunt, ferro ac flammis vaſtarunt omnia, ac per ſummum ſcelus innumeros ſervitum abduxerunt. Ea calamitas Guayranam præſertim provinciam florentem in paucis afflixit; Vruayanam verò, quæ fœliciſſimam ſpondebat meſſem, tantùm non

non destruxit. Cuius antequàm narrationem aggrediar, non possum quin Paternitati tuæ operarum penuriam cum lachrymis exponam. Parvuli petierunt panem & non est qui frangat Quocumque aspicio, regiones albę sunt ad messem; non ab Hispanis modò, sed & integris Ethnicorũ populis undequaque socii expetũtur: flens iterùm repeto; parvuli petierunt panẽ & non est qui frangat. Insignes P. Ferrusinus Procurator copias advexit, si tamen spectemus cãpi sese Euangelio aperientis vastitatem, quid viginti duo inter tãtos? Adde eo tempore quo Procuratorem longa navigatio tenuit, ad triginta in hâc provinciâ decessisse, quos inter fidei præcones eximii aliquot, qui præmissâ ingenti animorũ turbâ salutis portum tenuerũt. Nec ignorat Paternitas vestra è centum quinquaginta sex sociis (tot enim hîc censentur) sacerdotes omninò quinque & nonaginta, studiosos non plures undecim numerari. Deus immortalis! Quid hi inter tantos? fieri profectò non posset, ut adeò uberes à tam paucis colligerentur fructus, nisi vineæ Dominus singulari robore suos famulos fulciret, & ad ardua quæque subeunda insolitis fervoribus incitaret. Atque ut de Patris Ferrusini, ejusque sociorum ærumnis, quas illi longâ juxta & difficili navigatione perpessi sunt aliquid

quid dicam, totam itineris illorum ſeriem priuſquàm ad alia tranſeam paucis pertexo. Videtur enim Deus Opt. Max. eis prælusiſſe ad labores, qui in hoc Apoſtolico verè munere exanthlandi ſunt, ac velut orexim acuiſſe. Ea ſiquidem eſt laborum Dei causâ ſuſceptorum ſuavitas, ut & graviorum augeant deſideria, & patientis animum magis magiſque obfirment. Et quoniam eiuſdem Patris in Europam profectio nihil habet ſingulare, à reditu narrationem exordiar; ſi priùs dixero è tribus quæ ſimul hinc ſolverant navibus, unicam quâ Pater vehebatur ſalvam & incolumem tenuiſſe portum, reliquis à pyratis interceptis.

CAPVT I.

Navigatio P. Joannis Baptiſtæ Ferruſini Procuratoris & Sociorum, Vliſippone ad portum boni aëris in Paraquariâ.

PATER Ioannes Ferruſinus Vliſipponem cum ſociis appulit ſub finem menſis Maii anno 1635. eâ mente, ut continuò cum claſſe, quæ vela in Braſiliam factu-

factura, in portu jam ſtabat, ſolveret. Mirâ à ſociis iſthic degentibus benevolentiæ ſignificatione accepti ſunt, tam in Profeſſorum Domo & Tyrocinio, quàm in ſancti Antonii collegio. Ob quæ & alia permulta adversùs hanc provinciam beneficia, eorum immemores erimusnunquàm. Non ſucceſsit de diſceſsu cum claſſe conſilium, quòd deficientibus ad vehendos milites Regis navigiis, reliqua quæ in portu ſtabant, authoritate publicâ ſupplere juſſa ſint. Hæc cauſa longioris moræ, donec ſecura navigandi opportunitas offerretur. Intereà temporis dum alia quæritur navis & iter adornatur, ne ſociorum ardor intepeſceret; Ferruſinus intra Vrbis pomœrium & extra miſſiones inſtituit. Prima in urbis meditullio ad arcis præſidiarios fuit; ubi cùm priuatis tùm publicis ſermonibus ſic permoverunt animos, ut nullus omninò ſexus utriuſque fuerit, qui peccatorum onus plurium etiam annorum non deponeret, animúmque ſacro Chriſti corpore non reficeret, magno omnium præſertim præfectorum conſenſu ac gaudio, quòd cum viris ſpiritu Dei plenis, & Caſtellani ſermonis peritis, de animi negotiis agere contigiſſet. Alii ad navim miſsi ſunt, militibus in Braſiliam devehendis inſtructam, penes quos magna prorſus ſpiritalium rerum indigentia.

His principio socii jubilæum promulgarunt, quod adeò gratum accidit, ut habitis priùs de militis Christiani officio catechismis, omnes confessione scelera expiarint, sacroque Eucharistiæ Sacramento animos refecerint. Tertia ad triremes missio reliquis obtigit, difficilis sanè & laboris plena provincia. Plerique mulierculaṙum impliciti erant amoribus; quæ, quòd miserorum corporibus quâ possunt ope & auxilio subveniunt, ægerrimè abstrahuntur. De divinis agentibus nihil aliud ipsi quàm querelas de corporum necessitatibus ingerebant, de animis nihil solliciti. At ubi Patrum unus de peccati gravitate, eiusque damnis cùm temporalibus tum æternis disseruit; tanta derepente mutatio facta est, ut magnis vocibus misericordiam inclamarent, dicerentque omnes unâ voce, malle se Dei filios, quàm dæmonis mancipia deinceps vivere. Has voces ab animo sincerè crimina detestanti emanasse docuit eventus: enimverò die insequenti ad unum omnes confessione expiati, sacroque Christi corpore recreati vel mulierculas abegerunt, vel matrimonio juncti sunt, ingenti omnium gaudio & admiratione. Ad hæc, socios rogarunt impensè, ut subindè ad se reviserent: quod fecere lubentes inani nunquam labore. Hic zelus magnam Pa-

tribus

tribus profeſsis conſolationem, magnam toti ciuitati de eorum virtute exiſtimationem peperit. His aliiſque eiuſmodi muniis occupati ſunt ſocii, donec ſolvendi tempus advenit, ſecundus poſt Domini natalem dies, quo demùm tempore cum ſex aliis, quæ in diverſas Braſiliæ oras tendebant, vela fecere. Vix portum egreſſos adeo ſæva tempeſtas excepit, ut viam relegere compulerit. Itaque jactis ad Belem anchoris ſeſquimenſem ſubſiſtendum fuit, non tamen otioſis. Erant in portu bellicę duę copiis auxiliaribus in Braſiliam transportandis refertæ, quas morbi omne genus afflixerant. Eò confeſtim ſocii convolant ægris corporibus animiſq; ſublevandis: qui labor adeo ceſſit fœliciter, ut vectorum quamplurimi paſſim affirmarent morbos in Dei beneficiis numerandos, quorum occaſione Patrũ conſuetudine & ſanctâ familiaritate uti obtigiſſet. Die Lunę poſt 2. Quadrageſimę Dominicam Februarii undecimo 1636. venti aſpirare cœperunt, læti vela expediunt, ac iiſdem comitantibus navigiis oceano proras obvertunt. Totum diem in altum progreſſi fuerant, cùm ſub noctem in noſtrorum navim Turcica pyratica incurrens, aliquot tormentorum globos emiſit tanquam ſi futuræ mox pugnæ præluderet: ſed cum duabus navibus tormentis egregiè inſtructis, defenſionem molientibus tegerentur

rentur noſtri, veritus hoſtis propiùs accedere nullo illato damno receſſit. Iam ad altitudinem fluminis Ianuarii pervenerant ſpe pleni paucos intra dies boni aëris portum obtinendi: cùm ecce mutari derepentè venti, turbari mare, cæli inconſtantia turbines modò, modò malaciam inducere, nullus ut progrediendi ſupereſſet modus. Ad extremum tantus cum diuturnâ malaciâ calor acceſsit, ut ſpirare vix daretur. Ergo deficiente ſenſim commeatu cibi exiguâ menſurâ diſtribui cœpti. Vnicâ ſub meridiem refectiunculâ lenticulæ modicum & pauci baccalai ſumebantur. In his anguſtiis inſurgens à puppi ventus, & rectâ ad portum validè propellens ſpem magnam, ſed perbrevem fecit: quippe exiguo maris ſpatio emenſo turbari denuò cælum, inhorreſcere pelagus, inter ſe venti concurrere, ac tandem fruſtra reluctantes ad priſtinam retrò ſtationem propellere cœperunt, ubi cum tædiosâ rurſus malaciâ diu colluctati ſunt. Non mediocriter angebat, quòd habitâ viæ quæ ſupererat ratione perparùm reſtaret opportunæ ad navigandum tempeſtatis. Itaque cùm ſpes non eſſet brevi potiundi portus, habito nautarum concilio, ciborum menſuram iterùm diminui placuit, eâ portione in ſingulos diſtributâ quæ ad ſuſtinenda corpora ſuf-

ficeret

ficeret. Maris periculosam quietem procellosa mox tempestas excepit, omnium quas passi priùs fuerant sævissima. Iam nulla in humanis spes restabat, eò magis crescentibus laboribus, quò plùs cum annonâ vires deficerent. Tanta certè fuit maris asperitas, ut duo tresve nautarum fortissimi gubernaculo vncis firmando non sufficerent. Itaque cùm petenda essent è cælo auxilia, multis cum lachrymis proni omnes cælestem implorant opem, ac miserabili voce, præeuntibus sociis, misericordiam ingeminant funestam in horas mortem exspectantes. Vota precibus addere placuit: spondent socii se Conceptionis Immaculatæ ac S. Xaverii vigilias deinceps jejunio celebraturos, animarum igne crimina purgantium solatio sacrificia devovent, votumque in singulos dies renovant. Post perlectas non sine lachrymis publicè litanias altum in navi silentium; soli gemitus & lamenta cælum pulsabant. Invalescente in dies tempestate, jam eò res devenerat, ut certò pereundum esse judicarent omnes. In hâc salutis desperatione quidam è Patribus in apertum egressus orationes furenti oceano opponi solitas magno fervore recitare aggreditur, dein exiguam S. Xaverii reliquiarum particulam in turbidum pelagus projicit. Et ecce subitò sedatur mare, ventus

à

à puppi insurgit, ac brevi temporis intervallo in conspectum de los lobos deveniunt. Insula est ad ostium fluminis de la Plata, milliaribus circiter sexaginta à boni aëris portu. Hanc prætergressi mox Maldonado & Montebedio, item Insulas conspiciunt. Non difficilis erat in portum ingressus, nisi Navarchus oceani parùm peritus à continenti se propiùs abesse ex Insularum vicinitate conjectans, navim in altum longiùs quàm par erat deflexisset. Tunc enim liberiore ventorum flatu sic jactari cœpit, ut contractis celeriter velis, demissísque malis, ventorum arbitrio navis permitti debuerit Ergo iterùm ereptâ spe fluminis occupandi, Brasiliam versùs proras obvertunt, ibidem hyemem exacturi, biduum progressos adversus adeo ventus excepit, ut à Brasiliâ longiùs quàm ante pellerentur. Dici vix potest, quanta tunc fuerit animorum consternatio; siquidem ab eâ se plagâ protinùs arceri cernebant ad quam cursum direxissent. Ventorum inconstantia quindecim dies ipsos tenuit, sic ut consumpto commeatu unicus aquæ cadus, & panis modicum cum pauculis uvis passis restaret. Dum mœrentes progrediuntur, avidísque terram requirunt oculis, eminùs sancti Sebastiani portum aperiunt, ad quem alacres vela vertunt, & occupant.

cupant. Omnes ut optatâ dudum potiantur arenâ exſcendunt membra vix trahentes, ac biduo quieti dato ad tutiorem Sanctorum ſtationem divertunt. In ſancti Sebaſtiani oppido Societatis domicilium eſt, quam Reſidentiam appellamus. Patres, qui eam incolunt, de ſociorum adventu certiores facti, illico ad portum accurrere, Fratres peramanter complecti, domum deducere, & quidquid recreandis corporibus ſuppetebat, depromere. Vnum illos habebat malè; nempe quòd propter ædium anguſtias hoſpites excipi commodè non poſſent. Remedium reperit ingenioſa charitas; turbam dividere placuit, parte in ſancti Pauli Collegium quatuordecim indè leucis abductâ, ubi Societatis more, id eſt, ſummis amoris & fraternæ charitatis indiciis ſunt excepti. Franciſcus Carnerius Ianuarii Rector ſtatim atque intellexit de ſociorum adventu, continuò naviculam cum omni cibariorum genere ad eos miſit, dato ad S. Pauli & Sanctorum Superiores mandato, ut nihil omitterent, quod ad chariſſimos fratres ſummâ charitate habendos facere poſſet, omnes ſe impenſas refuſurum. Fecere ad amuſſim quæ juſſerat: ſiquidem totis ſex menſibus, quibus morati ſocii, nunquam paſſi ſunt ut vel aſſem de ſuo depromerent.

His

His aliiſque innumeris Patrum Braſilienſium in nos beneficiis cùm aliter reſpondere non poſſimus, eorũ immemores vivemus nunquàm tantaque charitatis officia quibus poterimus modis extollemus. Duas ibidem miſſiones inſtituerunt ſocii: pars in ſancti Sebaſtiani, pars in Tanaë oppidum deſtinata, magno utrobique tam civium quàm accolarum emolumento. Conjunctis ſubindè copiis, in perditos incolarum S. Pauli mores ac barbariem, quâ Neophytos noſtros inſectantur, invecti ſunt. Et quamvis populi fæx ægrè admodùm emendationem admittat, multi tamen extrema quæque citiùs pati, famemque ipſam experiri conſtituerunt, quàm ut deinceps tantum ſcelus committant. Nonnemo Patris unius familiaritate uſus ad conſcientiæ ſtatum componendum adjecit animum; at negotium ſic in dies diſtulit, ut re infectâ ſocios abire permiſerit. Nec urgere Deus deſtitit; quare inde uſque ad S. Pauli portum abeuntes inſecutus Patri ſupplex accidit, animique labes deterſit ingenti cum utriuſque conſolatione. E Braſiliâ ſolverunt 1636. Decembri menſe, poſt primum ex Vliſipponenſi portu egreſſum anno evoluto integro, ac paucis poſt diebus in conſpectum boni aëris venêre. Videri navis è continentì cœpit in ipsâ Natalis Domini vigiliâ

giliâ. Illius Collegii Patres, quos Procuratoris adventus ſollicitos habebat, continuò in ſummam domus turriculam conſcendunt, unde liber eſt in mare proſpectus, & ſubeuntes portum naves. Neſcio quibus argumentis perſuaſi necdum eam eſſe ſociorum navim, triſtes exſcenderant, cùm ecce ad Collegii fores adeſt puer Hiſpanus, qui de noſtrorum adventu certiores facit. Quis ſuaviſſimos fratrum amãtiſſimorum complexus, & totius provinciæ de tantis ſuperatis periculis congratulationes explicet?

Sed quando jam in tuto ſunt ſocii, tempus eſt ut ad annales noſtros & fidei in his regionibus incrementa veniamus: ac primùm quæ ad Societatis domos, deinde quæ ad miſſiones pertinent, perſequemur.

CAPVT II.

Collegium Cordubenſe.

ANNIS 1635. & 36. morborum omne genus totam provinciam afflixit. Prima mali labes febris acutiſſima fuit cum gravi capitis dolore & totius tremore corporis; morbum indigenæ *Chabalongo* nuncu-

nuncupant. Successit Hungarica pestis, vulgò *Tabardilla*; ac postremò pustulæ inflammatæ. Imò uno eodemque tempore morbi hi omnes civitatem hanc velut agmine facto invaserunt, ac pænè innumeros Hispanos, Indos, Afros sive mancipia sustulerunt. Nec domui nostræ parcitum: quatuor è sociis sublati, reliqui periculosè tentati. Hæc funera nostrorum numerum non mediocriter minuerunt: pauci siquidem selectiores in Societatem cooptati, & Procurator, cum quo supplementum venit, annos ferè quinque in itinere consumpserat. Collegium non plures modò quàm quinquaginta numerat cum tyronibus, tertiæ probationis Patribus & Ludimagistris Hos inter viginti duo sunt sacerdotes, studiosi quatuor, rerum temporalium adjutores tredecim. Est in hâc domo Novitiatus habitatione discretus, in quo eodem tyronum directore exercentur qui studia absolverunt Sunt tyrones undecim, studiosi septem, adjutores reliqui. Inter illos singularis notæ & probitatis est quispiam, quem missionum nostrarum fama è Peruviæ Regno in Paraquariam traxit: ac quamvis ibidem facilè Societatem impetrasset longum ac perdifficile emensus est iter vitæ Apostolicæ studio incensus; abjectâ spe grandioris in sæculo fortunæ, ad quam aspi-

rare

rare poterat; quippe qui Theologus in Regio Cuquicacæ Collegio, à naturæ donis doctrinaque celeberrimus foret. Dici non potest, quantùm erga infirmos nostrorum insignis charitas Societati nomen & benevolentiam pepererit Ad omnis conditionis ægros nullo prorsus discrimine vitæ suæ prodigi convolabant: non nocte ipsâ labore interrupto, morientibus ad extremum usque spiritum constantes aderant. Vidisses ad hæc periculi plena ministeria certatim concurrere, licèt ipsi jam fracti laboribus languentia vix traherent membra. Fuerunt qui ex tertiâ aut quartâ venæ apertione & crebris purgationibus debiles hujusmodi officia non intermitterent. Hinc socii passim ut communes parentes in pretio & amore habiti; quippe qui & vitam animis darent, & salutem corporis spiritali aliorum utilitati postponerent. Assiduus usus cum contagiosis brevi Collegium sic morbis complevit, ut in nosocomium versum sit. Neque ideo à minùs infirmis cessatum, quamvis etiam servos domesticos afflaverit lues, in quibus curandis ipsimet Patres demissione animi, & zelo prorsus singulari sedulò invigilabant. Sic domi forisque serpente malo in immensum labor excrevit. In urbe præsertim adeò invaluere morbi, ut in-

tegras passim familias abstulerint. Placuit divinæ bonitati suas velut decimas è Collegio decerpere.

Moritur Joannes Dias.

PRimitias tulit Ioannem Dias, rerum temporalium administrum, ex Andalusiæ regno oriundum. Cùm Patre Biana 1616. Româ revertente in Indiam trajecerat, ut zelo, quo in Barbarorum salutem ferebatur, faceret satis. Vir sanè fuit religiosus in paucis, & magnæ in suâ olim provinciâ existimationis, ubi Collegii Granatensis subministrum egerat. In hanc provinciam venit sub ejus initia propter regionis adhuc incultæ vastitatem, sanè difficillima. Illius tamen industriâ, & indefesso plurium annorum labore factum, ut Collegium hoc aliaque nonnulla operarios suos alant non incommodè. Qui frequentiùs in curandis totius provinciæ negotiis familiaribus adfuere, constans in eo orationis studium admirati sunt: meditationem diurnam, spiritalem lectionem, cæteraque pietatis exercitia omisit nunquam; licèt non raro negotiis tantùm non obrueretur, summo semper manè sacra hæc pensa Deo persolvebat fideliter, ac tum demùm liberè (ut aiebat) temporalibus vaca-

bat: ob singnlare virtutum omnium, ac lenitatis presertim exemplum domi forisque carus, & sanctitate commendabilis fuit. De Societatis ut optimæ matris adversis vehementer angebatur; prosperis verò ad Dei gloriam, animarumque salutem successibus lætabatur quàm qui maximè & pro conditionis gradu in omnem proximi spiritaliter juvandi occasionem erat intentns. Dominicis Festisque diebus Christianæ legis doctrinam mancipiis tradebat, admixtis apposìtè exemplis, quæ magno studio conquirebat deligebatqne. Quod ut pro rei dignitate decentiùs fieret, sacellum à Superioribus exstrui impetravit, quo servi audiendo sacro, & percipiendis fidei mysteriis uterentur. Tantâ verò comitate gravitati junctâ cum mancipiis agere solitus fuit, ut illum amarent juxta ac venerarentur. Pauperum egestatem, peregrinorum necessitates graviùs multò quàm suas ferebat, & si quâ poterat arte medebatur: quodque mirandum magis, nunquam illi tempus inter tot curas defuit, quo miseris adesset. Adfuit tandem laborum terminus, atque ut paratior esset & promptior, quatuor ante diem supremum mensibus adeò altè illius animo mortis memoriam impressit Deus, ut brevi sibi moriendum esse dictitaret & crederet. Quare jam totus cum Superis ora-

tiones intendere, frequentare pœnitentias, ad Venerabile Sacramentum sæpiùs itare, fœlicemque in Societate obitum à Deo postulare. Ad hæc sacris quibus posset omnibus aut minister aut auditor adesse : causam rogatus respondit, scire se sibi instare mortem, proinde in animo esse tot sacrificia Deo offerre, quot vivere diebus concessisset. His intentum curis occupavit morbus, levis in speciem, sed qui mox, prodente se viru, in pestem Hungaricam evasit, hominemque Decemb. 18 die abstulit. Ætatis annum agebat sexagesimum, quorum 34. Societati, his verò speciatim infidelibus unum supra viginti dederat, vir virtutibus quàm ætate gravior cæloque maturus.

Moritur Emmanuel Sosa.

HVnc biduo post secutus est Emmanuel Sosa, adjutor & ipse temporalis, genere Lusitanus, ex oppido cui Camiña nomen. Ad boni aëris portum eâ mente venerat, ut in Peruviam auri feracem trajiceret: sed ad veros virtutum thesauros à Deo vocatus ad Societatem adjecit animum : in quâ consummatus in brevi, annis scilicet tribus non integris, explevit tempora multa. Fervens & pius admodùm religiosus, Angelicis planè moribus, obe-

obedientiæ & orationis perquàm studiosus. Eâ modestiâ compositoque ad pietatem corpore sacerdoti sacris operanti ministrabat, ut intuentibus nescio quid pietatis afflaret, dicerentque passim omnes, se in Emmanuelem ut virum Deo divinisque donis plenum oculos intendere. Vltimis tyrocinii mensibus ægrorum ei cura commissa, quam ad mortem usque summâ caritatis & virtutum omnium commendatione exercuit: dies noctesque promptus non sociis modò, verùm etiam mancipiis aderat, donec hausto ex contagione veneno extinctus est, magno domesticis omnibus relicto sui desiderio, sanctâque (ut sic loquar) invidiâ, quòd tam citò ad præmia laborum & ferventium desideriorum fructus capessendos excessisset.

Vix isti justa persolverant, cùm intendens se pestis reliquos corripit sociorum, qui licèt variolis affecti essent, adhuc steterant in omnem proximi juvandi occasionem intenti.

P. Cæsaris Gratiano obitus.

INter cæteros animam pro fratribus posuit P. Cæsar Gratiano, dum ætatis annum ageret 48. quorum 20 in hâc excolendâ vineâ traduxerat. Et quoniam in bono Patre virtutum splendor eximius eluxit, earum epitomen

paucis retexam. Natus est Bovini Apuliæ urbe Don Inigo de Vergara loci Dynastæ sede. Ejusdem Ducis auctoritate, cui carus erat in paucis, in Societatem admissus est septemdecim annorum juvenis suprà ætatem maturus, & egregiis naturæ dotibus instructus. Confecto Neapoli tyrocinio emissisque de more votis Philosophiæ studuit cum ingenii judiciique commendatione non vulgari. Sub id tempus nobiliorem Deus Philosophiam edocere cœpit, ut vitam infidelium saluti dicaret. Cùmq; se ad Constantinopolitanam missionem pararet, linguæ Turcicæ studio adjecit animũ. Verùm divina providentia, quæ hisce regionibus tam strenuum virum reservabat aliò moderatorum avertit consilia. Intereà Neapolim venit P. Biana Paraquariæ Procurator; Cæsar inter missionis hujus candidatos cooptatur, ac prosperâ usus navigatione ad boni aëris appellit 1617.

Necdum emenso in hoc Cordubæ Collegio Theologię stadio Philosophiam pręlegere jussus est, duro sanè mandato, cùm sic ab Ethnicorum conversione amoveretur, cujus causâ venerat Non diu distulit Deus solatium: nam post paulò quàm incœperat, inexspectatus adfuit qui ad docendam Philosophiam evocatus è Chili viam præcludente nivium copiâ,

diu-

diutiùs hæsefat In hunc magnâ cum animi voluptate, quam Latino versu testatus est, non usque adeò gratum onus transtulit, bonumque sacrorum munerum in beneficii memoriam ei obtulit, qui primos de alterius adventu nuntios attulerat Sic ergo docendi munere liberatus studiorum cursum & tertiam probationem diu optatam absolvit, editis utrobique masculæ virtutis argumentis. Crescentibus in dies missionũ desideriis jam in procinctu erat ad discessum, cum Deo Superioribusque visum est illum studiis reddere. Bonus Pater divinam veneratus œconomiam, ne verbo quidem addito statim paruit ut jubenti Christo. Cujus heroicæ virtutis momentum is cognoscet, qui ex supradictis ingens Patris desiderium expenderit. Igitur annos quatuor Philosophiam, decem deinde Theologiam ad usque mortem prælegit, magno semper cum audientium profectu & admiratione omnium; enimverò fœlicis omninò memoriæ fuit, ingenii acris & profundi judicii. Illi apud omnes amorem comitas, gravis modestia reverentiam conciliabant. Nec in eo naturæ donis virtus inferior extitit. Hæreditarius est filiorum Ignatii in Deiparam amor; quo sic arsit Gratianus, ut de magnæ Matris cultu & excellentiâ differendi captaret occasiones. De Deiparæ virtutibus

colloqui deliciæ ejus erant, ac quotiescumque poterat solemnes texere orationes; quæ licèt semper elegantes forent, tamen cùm de Virginis laudibus agendum, seipsum superabat orator. Ad hæc cultu peculiari festos illius dies celebrabat, Sabbathinis jejunium sibi indixerat, nec non extergendis in ejus honorem lancibus ad culinam sese conferebat. Erga sanctos Ioachimum & Iosephum ut Virgini conjunctos afficiebatur tenerrimè: crediderim ad tantum humilitatis, quâ excelluit, apicem horum ope patronorum conscendisse. Quæ multos inflare solet scientia & gradus est ad elationem animi, huic ad demissionem contulit. De se suisque rebus cùm abjectè sentiret, nihil unquam quod propriam laudem saperet, protulit, insignis cæteroqui ac magnificus alienorum prædicator. Hinc in dubiis quemcumque, etiam suos discipulos, magno cum animi candore consulebat, & Superiorum nutus ad stuporem observabat ac venerabatur. In negotiis omnibus tam levibus, quàm gravibus (qualia curabat multa) ad moderatoris oraculum recurrebat, in illius ceu Dei voluntatem intentus. Hinc obedientiam viæ spiritalis ducem, in eam veluti cynosuram conjiciendos oculos asserebat, si quis ad perfectionis portum aspiraret. Ex vocationis

nis amore & æstimatione nascebatur studium Societatis matris optimæ boni nominis conservandi; quòd si fortè malevolorum calumniis obscuraretur, dolebat ipse multò maximè. quàm severus erga se, tam lenis erga cæteros fuit, in re nullâ quæ singularitatem redoleret eximius. Hæ virtutes omnes ex unâ oratione & familiaritate cum Deo bonorum omnium fonte originem duxerant. Assiduus in templo coram Venerabili Sacramento supplex aderat, eius amore sic ardebat, ut nec calorum fervoribus nec asperitate frigoris tangi putasses atque ut orationi liberiùs diutiùsque insisteret, votis omnibus exoptabat studiorum onere liberari. Iam verò quis illius ardores, quis suavissimos inter litandum æstus explicet? Tanta erat se supereffundentis dulcedinis copia, dum ad aras staret, ut sacrificium protrahere cogeretur. Quòd si de hoc mysterio incidisset sermo, mirum quàm ingenti pietatis sensu, & magnificis illud verbis extolleret. In eodem quo cæteræ virtutes gradu eius caritas & animorum zelus effulsit. Nullus omninò cujusvis conditionis, pauper an dives, liber an servus ab ejus visceribus exclusus: non dies noctesque parcebat sibi, miseros sublevabat, solabatur infirmos, inimicitias componebat.

Nullus ſanè fuit qui ad eum in dubiis aut neceſſitatibus ſuis tamquam ad communem parentem non recurreret: tantaque inerat in agendi modo ſuavitas, ut omnium, quibuſcum ageret, animos pro arbitrio inflecteret: ut de eo veriſſimè dicas, omnibus omnia factus eſt, ut omnes Chriſto lucrifaceret. At tunc maximè patuit quanto apud omnes eſſet in pretio, cùm morborum calamitas univerſos afflixit. Ægrorum nemo fuit, qui Patrem Gratianum non vocaret ad animi ſtatum ejus conſilio componendum, nemo qui ſe fœlicem non reputaret, ſi ad ſuum morientis latus vir tantus aſſiſteret. Non illum contagionis periculum, non peſtilens odor, non mille mortis diſcrimina, non innumera, quæ ſpectabat, funera à tam ſancto caritatis inſtituto deterrebant. His veluti fomitibus accendebatur patiendi omneſque juvandi deſiderium; ſic ut mille, ſi tot habuiſſet vitas pro Dei gloriâ hominumque ſalute lubens profudiſſet. Inter eas, quas maximè attrivit peſtilentiæ vis, familia fuit cujuſdam nobilis S. P. Ignatio ſanguinis propinquitate juncti, non procul à Cordubâ. Hanc tanto furore lues invaſit, ut ſeſquimenſis ſpatio ſublatis cum Matrefamilias magnoque mancipiorum grege, liberis quatuor, nobilem ipſum corripuerit attonitis ex tam frequenti

quenti funere superstitibus. Omnibus præsto fuit Pater. Neque enim quibus adhuc à confessione fuisset, atque ob singularem cum Societate conjunctionem nobis omnibus amicissimos deserere ipse poterat qui miseros omnes in Christi visceribus complectebatur. Quoties hîc inter mortuorum cadavera morientium peccata excepit, çùm ob ægrorum multitudinem plures in uno jacerent loco? quoties inter mortuos procubuit vel solatio verborum vel Sacramentis decedentes muniturus mortis contemptor egregius; quippe qui pridem vitã in holocaustum Deo pro fratribus obtulerat. Et verò placuit non sincera minùs quám generosa oblatio. Ianuarii die 17. febri tentari cœpit, initio quidem ita levi ut Veneris & Sabbathi à sacro faciendo non sit prohibitus: erant qui catharrum crederent ex pristinis contractum laboribus. suspicionem augebat quòd continentes tres integras noctes ad Dominicam usque moribundis adfuisset. Vnus ipse sentiebat malum periculumque advertebat: quare veluti si finem præsagiret suum ab ingressu in Societatem peccata retexuit tantã cum animi pace & solatio, ut audientem non lateret. Rogatus à quopiam, unde illa pax & insolens lætitia? Respondit se congruam in componendis animi rebus adhibuisse diligen-
tiam.

tiam, nec esse quod sollicitum redderet, mortem velut laborum terminum & vitæ fœlicioris initium in bonis esse numerandam. sacro refectus viatico multis cum lachrymis ab adstantibus totius Collegii sociis erratorum veniam rogavit collachrymantibus ubertim omnibus ob eum quo in Patrem ferebantur affectum. Crescente in dies malo; ne particula bonæ diei præteriret, totus erat in miscendis cum Deo cælitibusque colloquiis: modò grates rependebat quòd in hâc sanctâ Iesu Societate mori concederet: modò crucifixi statuam, quam ex Italia detulerat, exosculãs ad sacrum lateris vulnus appressis arctiùs labiis in hæc verba prorumpebat; socius peregrinationis meæ tu es mi Iesu, socius peregrinationis meæ. Vbi cerebrum, rationis sedem morbi vis invasit, tum demùm libera fræno lingua cordis recessus, qui adhuc sub humilitatis umbrâ latuerant, aperire cœpit. Nullum unquam nisi de Deo divinisq; verbum, nil nisi ferventissima desideria prodere. Crebrò asserere se Virginẽ vixisse hactenùs, victurumq; semper. Cujus rei non obscurum est testimoniũ, quod olim clam ipse familiari dixerat, se nunquam, quod sciret lethale crimen admisisse. Tandem cùm remedia omnia elusisset morbus, corporis solutus vinculis purissimus animus in æternam filio-

rum

rum Dei libertatem commigravit, cumulo meritorum quę studiosè congesserat fruiturus.

Mors Blasii Guttierez.

POst paulò Blasius Guttierez temporalis adjutor, hausto in iisdem caritatis muneribus veneno, eandem cęli viam tenuit. Natus est in eâ Castiliæ veteris parte, quæ planities Serbera dicitur. Ad Indos venerat, ut chirurgiam, in quâ excelluit, exerceret. Archiepiscopo Limensi vitâ functo operam suam Alphonso de Ribera addixit, qui in Chili cum imperio proficiscebatur. In urbem S. Iacobi appulsus urgeri cælitùs cœpit, ut abdicatis mundi fallaciis totum se Deo manciparet. Quare cùm in spiritalibus S. P. Ignatii exercitiis non obscurè sensisset vocantem Deum, Societatem ardenter expetiit & obtinuit. Quod Numinis beneficium quoad vixit gratissimâ semper recordatione est prosecutus. Hinc mira in obediendo alacritas, & ad ardua quæque capessenda promptitudo manabat, dixisses non carne sed chalibe constare. Quòd si remissiùs agentē cerneret quēpiam, aut laboris tędio victum; ingemiscēs ipse: O si, aiebat, pristinæ mihi suppetāt vires, ut quæ fastidiunt alii in me suscipiā! tunc demùm fœlices erimus si ad defatigationem

atqne adeò mortem ipſam Deo famulari contigerit. Martham & Mariam egregiè junxit medio in opere ſemper in Deum intentus. Quòd ſi negotiorum moles ſtata orationi tẽpora eriperet, aliquot ſomno horas detrahebat, cæleſtium contemplationi dandas ne coram Deo reliquator appareret. Poſtremis ante obitum annis quot diebus ſurgendi tempus prævertit duas ut minimùm horas cum Deo acturus, & ſubinde terna Euchariſtiæ ſacrificia quibus aſſiſtebat ſupplex oblaturus. Accendebat precandi ſtudium hauſta inter orandnm ſuavitas, quâ ut ne fraudaretur animi ſui receſſus excutiebat ſollicitè, ac frequentes hoſtis inſidias Præfecti rerum ſpiritualium conſilio fœliciter eludebat. Ex hoc cum patre luminum uſu aſsiduo lux fluxit, quâ res creatas nihilo pluris quàm quanti eſſe debent, exiſtimaret. In oculis omnium magnus ſoli ipſe ſibi vilis. Animos rapiebat præcellens caritas, nullum morbi genus, vulnera nulla averſari viſus. Triumphare tunc videbatur cum ampla laboris ſeges ſurgeret. Vbi ulcera laverat foveratque medicaminibus, languentes artus lectulo componebat, cibos apparabat, patientibus ſolator, hortator morientibus aderat, vitâ functos tumulabat. Heroicum eſt quod addo. Indo cuipiam corpus ſanie fœdâ diffluebat,

bat, fermiesa cancro membra abibant in frusta, intolerandam exhalabat mephitim spirans cadaver. Vbi primùm amoti ab ulceribus panniculi, tam gravis erupit fœtor, ut Blasii socius corruerit exanimis. At ipse veluti si suaveolentes rosas contrectaret, panniculos sanie diffluentes absque nauseâ ori naribusque admovere, osculari ulcera ac pænè lingere luculento subactę longo usu naturæ argumento. Asiduâ cum ægris consuetudine varias ægritudines contraxit. Octo circiter ante obitum annis totum ejus corpus molestæ admodùm fluxiones pervadebant enascentibus subinde tumoribus & pustulis, sic ut scalpro aperiendæ forent, quò noxiis humoribus pateret exitus. Ac licèt dissecto crebris vulneribus corpore, missoque copioso sanguine nonnunquam adeò debilitaretur, ut cunctos moveret ad commiserationem; perstabat tamen ipse lætus & alacer, nihilo in obeundis muneribus remisior. maximum bono fratri nocumentum ea peperit curatio, quam de Religioso destituto ab omnibus susceperat; ea uti perquàm difficilis & plena periculi, sic diuturna nec non difficillima fuit. In exiguo clausoque cubiculo luculentum excitabat ignem, unde mixtus cum fætore calor ingens arctatum aërem adeo infecit, ut medicum ipsum infecerit. Duravit

ferè

ferè ad vitæ finem molesta ægritudo, quâ ubi
se liberum vidit, Superiores vehementer ursit,
uti valetudini restituto ad pristinum vitæ vigorem
crebrasque corporis macerationes redire
permitterẽt; sed mox obductis quæ adhuc
saniem eructarant ulceribus totus brevi sanguis
computruit. Quare cùm acutis laterum
doloribus aliquamdiu colluctatus è vivis ereptus
est, & cum magno totius civitatis luctu
elatus, multis sanctum appellantibus, ac passim
singularem ipsius virtutem deprecantibus.
Domestica sunt ista, nunc ad alia veniamus.

Prodigiosæ visiones duæ.

QVempiam pudor fatuus à retegendis in
confessione sceleribus diu deterruerat in
cassum pulsarat obduratum pectus sacrilegii
conscientia: donec in vitæ discrimen adductus
horribile visu spectrum sibi imminens conspexit
vultus illi ater, flammantes oculi, aspectus
varius & terribilis. pavorem augebat vehemẽter
quod obtecto stragulis vultu, frustra
monstri conspectum fugere conaretur. Quid
faciat miser in tantis angustiis? opem inclamat,
concurrunt domestici, quæritur è Collegio

legio socius (nec enim sacerdotem, quem solitus erat confessionis gratiâ accedere, evocari pudor sinebat) ubi peccata aperuit, veniamque obtinuit, videri spectrum desiit. vix è domo Pater & domestici è cubiculo excesserant, cùm juvenem, aut certè tutelarem genium juvenis formosissimi specie subintrantem cernit; fulgebat in vertice corona aurea gemmis distincta, dextrâ linteum præferebat. hæsit in limine tantisper vultu ad severitatem composito tum jacenti propior; sume, ait, linteum hoc, & lachrymas exterge. linteum vix manu tetigerat, cùm subitò sic commoveri se sensit ad deflenda scelera, ut doloris impatiens in gemitus & lamenta proruperit. dolorem subinde suavitas excepit voluptatibus creatis major, quâ usque eò perfusus est dum Angelus evanuit, relicto in prodigii fidem strophiolo. Laborans zelotypiâ mulier (vitio sexui familiari) sic in virum innocentem exarsit, ut veluti acta in rabiem, sumendam de conjunge vindictam per adulterium decerneret. Ergo nocte quâdam, quiescente viro domo se proripit transeunti cuilibet sui copiam factura. atque dum venientem præstoletur, atrium quoddam ingreditur nefando peropportunum consilio.

vix-

vixdum consederat, cùm ingentem è cælo flammam decidentem videt, quæ propiùs accedens miseram absumptura videbatur. Concidit illa exanimis, & evanescente post terrorem flammâ, facti pœnitens eo quo potuit modo domum se recepit. Obstupuere domestici insolitum vultus pallorem & totius tremorem corporis. Dissimulavit tamen tanquam si vano timore perculsa; at die insequenti totius prodigii seriem confessario aperuit, marito deinceps magnâ cum pace convictura.

Peccator insignis à desperatione divinitùs avertitur, & ad meliorem vitam reducitur.

ALius post vitam in omni vitiorum genere, ac præsertim fœdæ libidinis cœno traductam acriter compungi cœpit, & ad confessionem incitari. Sacerdoti supplex accidit, sed præ pudore ea reticuit quæ maximè eloqui debuerat. Quare altiùs in cœnum infixus alios 12. annos incœptum vitæ tenorē peregit. Opportunâ usus occasione cacodæmon, scelerum fœditate ob oculos positâ hominem in desperationem adigit. Itaque obseratis diligenter

genter foribus ne quis interturbaret, ſcabellum ſubit ut laqueum è trabe pendulum in collum induat ſuſpendio vitam finiturus. Iam jam caſurus erat cùm vocem percipit de confeſſione admonentem, fore ut per illam ex animi anguſtiis liberetur. Subſtitit paulisper dubius, ac deinde ſcabello exſiliens, domo feſtinus abit Sacerdotem quæſiturus. At ecce in ipſo limine amicum offendit de ſe optimè meritum, qui protractis callidè ſermonibus hominem ſic detinuit, ut dilato confeſſionis conſilio domum redierit. Igitur ad priſtinas reverſus ſordes, alios ſex annos perditis dedit amoribus (adeò difficile eſt pedem è limo profundi, ubi ſemel fixeris, educere) donec animorum hoſtis in omnem nocendi opportunitatem intentus hominem acriùs quàm antè oppugnans iterùm in deſperationem idemque conſilium protrahit. Iam fores occluſerat, jam collo laqueum immiſerat cùm eandem vocem audit confeſſionem ingeminantem. Rurſus abjicit funem, ſcabello exſcendit, domo egreditur cum certo confeſſionis conſilio. At ecce iterùm adeſt in limine amici in ſpecie dæmon; qui adeò callidè rem geſſit ſuam, ut mutatâ ſententiâ domum è veſtigio redierit & aliquot annos turpiùs quàm antè vixerit, omni ſalutis curâ depoſitâ. Ingreſſus eſt aliquan-

do Societatis templum dicente ad multitudinem Anagnoste nostro, forte de sacrilegè confitentium pœnis, deque desperantium suppliciis differebat, allato in dictorum fidem exemplo valde pathetico. Hìc novus auditor mirari & suaderi sensum vitæ suæ conscium esse oratorem. quod cùm crederet, haud difficulter à Deo impulsus est, ut illi peccata fateretur. Et verò fassus est sub vesperam cum multis lachrymis firmoque sanctè vivendi proposito, in quo constanter perseverat. Prætereo quæ quotidiana, vel certè antè dictis affinia: ut implacabilia restincta odia, restitutiones malè partorum.

Insignes ad fidem vocationes in speciem fortuitas, re autem verâ divinas prætermitto. Quotidiana hæc sunt; singulare quod subjungo.

Præclara mors Christiani.

HAud procul à Cordubâ Caciquius nobilis in sanctimoniæ exemplum proponebatur Neophytis, nunquam ebrietatis, luxuriæ nunquam labe, genti familiaribus vitiis contaminatus. Vbi se lue afflatum sensit, octo leucarum itinere ad quemdam è sociis sese deportandum curat, ut eo quo Dei filium addecet,

cet, modo comparetur ad mortem. Peractâ peccatorum omnium confessione stupuit Pater tantam in Barbaro puritatem, stupuit profusam Dei liberalitatem, quâ hominem in vastâ solitudine à teneris educatum, procul ab humanis auxiliis, virtutum omnium copiâ cumularat. Absoluta in eo fuit cum divinâ voluntate conformatio pacis animi parens. repetebat assiduè se nec longiorem optare vitam, nec metuere mortem, modò parentis optimi ac conditoris (verbis illius utor) voluntas in se & de se perfectè fieret. Dixisses religiosissimos inter Ascetas exegisse ætatem, adeò ferventes virtutum omnium actus suaviaque cum cælitibus miscebat colloquia. Eucharistiâ & oleo sacro munitus ad luctam, uxorem & liberos, qui comitati fuerant, brevi ac efficaci sermone hortatus est ad vitam Christianè traducendam; singulos obtestans mortem oppeterent citiùs, quàm ut in Deum aliquid offenderent; redirent alacres, nihil de se solliciti, spe omni in Deum repositâ se suaque illi permitterent, nihil à tali parente defuturum. Egressâ cum liberis uxore, ad socium conversus: Vbi, ait, Venerabile Sacramentum illatum est, juvenes duos humanâ specie augustiores aspexi, quanta erat in vultu suavitas! quantus in vestibus nitor! dextrâ albentes fa-

ces, ſiniſtrâ flores oculis naribuſque gratiſſimos præferebant, toto ſacræ ceremoniæ tempore, poſitis humi genibus venerabundi adſtiterunt, & identidem arridentes mirum quantùm me recrearunt. Nec priùs illius animum lætitia videndiqueNuminis ardens deſiderium quàm fœlix animus corpus deſtituit.

Vis Reliquiarum S. P. Ignatii.

SAncti Ignatii patrocinium multoties ſenſit Corduba tam in partuum quàm morborum periculis: exemplum profero. Fœmina diuturnâ ægritudine, quæ ſuprema fuit, lecto affixa crebris animi deliquiis & acerbiſſimis doloribus torquebatur. fortè aderat è ſociis quiſpiam cùm in malum id genus incidens ſpectanti lachrymas excuſſit. Promuntur Ignatii reliquiæ, & ad primum illarum attactum fugiens animus revocatur. Septem ipſos dies quot ſacrum antidotum ſibi retinuit dolorem prorſus nullum, nullum animi deliquium eſt paſſa; donec eodem ſociis reddito è veſtigio velut obice amoto rediit morbus. recipit denuò & totis viginti diebus exulat dolor. Intereà temporis morbo tentatus domeſticorum aliquis, reliquias poſcit, at illa in priſtinos dolores reincidit. Reſtituuntur tertiò, & ter-

tiò liberatur: quartâ demùm vice auferuntur, quartâ dolores redeunt pelluntúrque. quare mensibus sex (quamdiu nimirum supervixit) potiri reliquiis permissa doloris expers placidissimo vitam exitu conclusit.

CAPVT III.

Collegium S. Jacobi del Estero.

TAntò hìc fuit sociorum zelus illustrior, quò pauciores amplum ac difficilem agrum excolebant. Pestilentiæ vis maxima, non impar sociorum caritas fuit; unus instar multorum, omnes per frigora, per æstus, per sitim & famem, per mille mortis discrimina læti & alacres ad animorum messem convolabãt. Divino haud dubiè patrocinio factum ut ne unum attriverit morbus, licèt plures sic affecerit, ut etiamnum cum molestissimis contagii reliquiis colluctentur, gloriosi ob reportata in eo certamine vulnera. Sacerdotes sunt in hac domo quatuor, non Sacerdotum par numerus; illorum unus Grammaticæ pueris tradendæ intentus, reliquos quâ potest ope velut ambidexter adjuvat. His admodùm exiguis copiis multa & præclara spolia de cacodæmo-

ne reportata. Ex publicis privatiſque ſermonibus, ex vitæ prorſus Apoſtolicæ exemplo, caritate erga miſeros, crebris Iubilæi præſertim tempore confeſſionibus ſingulares animorum mutationes ſunt conſecutæ. Multi ſcortis ejectis cum Deo, multi poſitis inveteratis odiis cum Deo hominibuſque in gratiam rediêre. His aliiſque in proximum officiis ſic omnium animos ſibi devinxere ſocii, ut publicè proclamarent omnes, civitatis fœlicitatem à Societate pendere: dici vix poteſt, quanto concurſu domum noſtram confluerent, dictitantes ſe ad eam velut ad placidum conſolationis portum ex quacumque moleſtiarum procellâ confugere. Ex hac cum ſociis ſincera familiaritate frequens Sacramentorum uſurpatio atque adeò morum mutationes. Certè primarius vir à prava vivendi conſuetudine ſe ſociorum exemplo revocatum ad frugem palàm teſtatus eſt.

Inſignis Converſio.

ALius à prima rationis uſura totos triginta annos in omnium vitiorum ac præſertim fœdæ libidinis cœno jacuerat: non ſexus, non loci, aut perſonarum ſacrarum reſpectus, non affinitas à cõſanguineis, à filiabus, à matre ipſa

ipsa deterrebant. Eò jam processerat malitiæ; ut abjectâ omni salutis curâ sæpiùs in die animum in impœnitentia obfirmaret, confessionis Sacramentum sibi adhuc inexpertum execraretur, quò vel sic ultimam boni scintillam spemque salutis omnem præfocaret. Certavit cum hominis malitia divina bonitas, vicitque. Dei enim haud dubiè voluntate pręter morem templum ingressus; dicente ad multitudinem concionatore nostro, substitit paulisper; & sensim sine sensu insinuante se Deo sic compungi cœpit, ut & totus in lachrymas solveretur, & præ doloris magnitudine pænè cor illi disiliret. Ergo frustrà obsistente malo genio, innumerasque prætexente difficultates, moras omnes spe plenus abrumpit, concionantem interpellat, atque ad illius genua supplex provolutus ęternum vale peccandi illecebris dicit.

Funestus Exitus Impiorum.

DIssimilem longè exitum sortitus est alius Bacchi Venerisque verum mancipium. Nihil non tentatum fuit ad miserum è servitute eripiendum. hinc parentes amicique omnes hominem urgebant; videret porrò qualem sibi suisque infamiæ notam inureret. Inde socii in petulantiæ frænum muneris, quod gerebat,

dignitatem objiciebant, Dei iram, impendentem vindictam; supplicii æterni acerbitatem, brevitatem humanæ vitæ, horrendas sceleratorum catastrophas ante oculos ponebant. Episcopus ipse pereuntem miseratus quà blanditiis, quà minis eum à sceleribus deterrere conatus fuerat. Eò processerat optimi pastoris benignitas, ut domum ipsi suam ad cohabitandum convivendumque offerret quò vel sic in officio contineretur. Maluit ipse in paupere tugurio inops & contemptus turpiter vivere, quàm in rerum omnium copia honorificè juxta ac liberaliter haberi. Fortè à scortis rediens vino plenus pænè sibi oculum eruerat. monet Chirurgus si sanitatem velit, vino & mulieribus abstinendum. Ipse manuum complosione sannisque monentem irridens; vino, ait, mulieribusque abstineam? apagesis, importunus mihi es, oculi utriusque jacturam non tanti facio. Levior hæc ægritudo gradus ad graviorem fuit; ingravescit in dies malum, propinqui ad Collegium accurrunt, è sociis sacerdos ad ægrum adit, atque omni arte & industriâ ad animi sordes eluendas aggreditur. at infœlix nihil aliud quàm isthæc ad se minimè spectare, nihil horum curare & multa ejusmodi. adest intereà medicus, qui explorato pulsu temulentum offendens digesta sub vesperam

peram crapula sibi reddendum pronuntiat; adstat Pater lectulo decumbentis ad noctis medium, ut redeunte saltem per intervalla rationis usu de animi componendis rebus commoveat. Accurrit item peregrè revertens Episcopus; ad aures magnis inclamat vocibus; nihil non molitur, ut doloris indicium extorqueat; frustrà fuere omnia: impius enim, ut Augustini verbis utar, quando vult non potest, quia quando potuit noluit. Hic nullo modo sibi redditus sopitum multò animum infœliciter exhalavit.

E primoribus alter duas tresve mulierculas nonnunquam plures alere solitus magnæ passim erat offensioni. homo perditus spiritalium medicorum monitiones ceu vitiorum antidota in venenum converterat, eos insectans, qui salutis ipsius percupidi remedia proponebant. ipsemet Deus hominem urgere, & à veterno excitare dignatus est; modò internis conscientiæ stimulis, modò fortunarum jactura, modò etiam carorum omnium morte. non poterat Numinis vindictam non intueri: nisi volens lubensque mentis oculos occlusisset. Nocte quadam bene pastus sic insatiabili libidinis æstu exarsit, ut victâ inter voluptates naturâ, frigus mortis prodromus totum pervaderet corpus. Medicus periculum indi-

indicare veritus quempiam è ſociis adit, rogatque ut æternùm pereunti ſi quo poſſit modo ſubveniat tentavit Pater blandis primùm ſermonibus ad confeſſionem allicere; at ubi ſe ſurdo canere advertit, de imminentis mortis diſcrimine medici judicium aperuit: videret in his temporis anguſtiis quomodo animæ conſulendum. Dici non poteſt quantùm fatali nuntio ſit perculſus: vidiſſes oculos rotare, mutare colorem, jactare brachia; horrendis cubiculum vocibus implere audiſſes: ergone mihi moriendum! moriendumne mihi eſt! tum ad ſocium: Sine me Pater, ſine me, importunus es, fruſtra ſunt remedia, fruſtra, inquam, ſunt, ſerius eſt, jacta eſt alea, ſerius eſt. ſic ad mortem properabat infœlix, cùm paulò priuſquàm moreretur è pellicibus aliquam iteratis vocibus advocat, nec deſtitit donec illum vita deſtituit. Terruit univerſos adeò funeſta mors, præſertim ubi collatis temporibus compertum fuit meretriculæ quam moriens inclamarat domum, quamvis recens foret ac firma, miſero animum efflante, corruiſſe.

Illuſtria Caſtimoniæ Exempla.

INter hæc Veneris probra & fœdæ libidinis illecebras ceu lilium inter ſpinas, non raró caſtimonia fœliciter adolevit ſociorum rigata ſudo-

sudoribus. Vir primarius omnem admoverat machinam ut matronæ pudicitiam labefactaret. vexationes, calumniæ, fucata lenociniis verba, promissiones & munera nihil profuerant. tandem cùm oleum & operam jam toties perdidisset, clàm in mulieris domum se insinuat, blanditis vim additurus. expavit illa ad lenonis aspectum, sola nimirum deprehensa; at mox resumpto spiritu impudentis audaciam verbis reprimere parat. videret infœlix quantam Deo Christianoque nomini, quantam sibi suisque injuriam per tantum scelus inureret; Numinis vindictam, inferorum cruciatus attendat, & perhorrescat. cæterùm malle se mille mortes oppetere, quàm fœdâ libidine corpus & animum inquinare. Verba perdit, perstat scelestus: quid hîc faciat inermis fœmina velut ovis ab immani lupo deprehensa? consilium à desperatione sumit; soleam (quæ sola in promptu habebat arma) corripit, in lenonem insilit, ac Deo vires sufficiente effœminatum prosternit, soleâ pugnisque contundit, unguibus laniat & pessimè mulctatum victrix è domo propellit, adeò ut sex omninò dies lecto affixus jacuerit. re passim vulgatâ fœminę fortitudo ceu alterius Iudithæ collaudata est, matronæ cæteræ gratulatæ sunt victoriam, vir imbecillis & vecors omnium fabula

bula factus eſt, non tamen reſipuit : ſiquidem virginis alterius caſtimoniam tentare aggreſſus, eodem prorſus modo viriliter nimirum exceptus, etiam graviora metuens fugâ ſibi conſuluit.

Non minori libidinis æſtu percitus alter nullum non moverat lapidem ut matronæ caſtiſſimæ conſtantiam flecteret; verùm hæc Patris, quo à confeſſionibus utebatur, conſiliis, crebriori Sacramentorum uſu & pœnitentiæ armis communita, hoſtis importuni tela eludebat. Nocte intempeſtâ in fœminæ domum ipſumque adeò quieſcentis conclave penetrat. at ubi lectulum acceſſit, totum jacentis corpus aſpero horrens cilicio deprehendit : quo perculſus ſpectaculo confeſtim ſeſe proripuit.

Illuſtres proſtibulorum converſiones.

EO ſupradictis mirabiliora ſunt quæ ſubjicio, quò difficilius eſt pedem è turpitudinis cœno, ubi altè fixeris, educere. Audiverat dicentem è ſuggeſtu anagnoſten noſtrum Veneris mercenaria, & concione dimiſsâ ad oratoris pedes proſtrata multis cum lachrymis ſua dilui confeſsione ſcelera expetiit: atque ne humana imbecillitas, ut fit, lenonum adulationibus & irritamentis ſuccumberet, ſi aliò conceſ-

oncefsit, ubi Magdalenæ pœnitentis æmula
pontaneo exilio multiſque corporis afflicta-
ionibus ſcelera expiare pergit.

Alterâ ceu Babylonicâ meritrice utebatur
nimorum hoſtis ad fortiſſimos quoſque ath-
etas atterendos. Deus immortalis! quanta in-
autorum turba hujus irretita pedicis in rui-
am proruerat! nulla fuit impudentior un-
uam, nulla divinorum æquè oblita vel potiùs
ontemptrix; atque ut ægriùs reduceretur ad
rugem, tantum illi dæmon ſociorum terro-
em indiderat, ut à templis conſpectuque no-
trorum pluſquàm à peſte abhorreret. venit
amen ad ædem noſtram aliquando, tum ut
olemnem apparatum templi ſpectaret, tum
it ſpectaretur ipſa. ſpectavit & ſpectata eſt,
ed quæ ſpectantium oculis inſidias poſitura
enerat, ipſa fœlici prorſus ſorte in Dei caſſes
ncidit. Audivit dicentem cum tanto animo-
um motu oratorem, ut eo excedente mox
liam ipſa orationem ordiretur. exordium fe-
ere planctus & lamentabiles voces crebris ge-
nitibus interruptæ, narrationis loco fuit pu-
lica in frequentiſſimo conſeſſu peccatorum
onfeſſio: perorationem ad concionatorem
ei novitate attonitum habuit. Heu, mi pater,
xclamat, quando de Dei miſeratione infini-
â infinitèque amabili tam copiosè diſſeruiſti;
miſe-

absimilis est cacodæmon; quem si accusat, vincit. Adolescentis parthenicæ mentem quot noctibus osor scilicet lucis diabolus territabat atque in flammâ visibilis tartareas faces Veneris irritamenta suggerebat. detulit illa ad Patrem Sodalitatis præfectum & deinceps sollicitari desiit.

Ex eodem cœtu adolescens moribus Angelo similis matrem rogat uti domesticam avem saginet; nam, inquit, cùm brevi moriendum mihi sit, pingue hoc sodalitio donum legare stat animo, ut vitâ functum precibus suis Sodales prosequantur. paucis post mensibus correptus morbo matrem admonet sibi propiùs instare mortem Sodalitio avem sistat. paret illa, & hic eodem die Christiano ritu comparatus placidissimâ morte defungitur subridenti quàm morienti similior.

Alius item Virginis cliens senio & morbis confectus lectulo se proripiens, pergo, inquit, ad Patrem, ut abiturientem animum expiem, neque enim fas est ut ad peccatorem Sacerdos Dei minister evocetur, præposterus est iste ordo: ubi totius vitæ noxas retexuit, miratus est Pater hominis integritatem; & multò maximè cùm eâdem quâ prædixerat horâ decedentem aspexit.

Multis immortalitatem peperit Sodalium

caritas. aderant peste laborantibus, afflictos verbis, egenos ære sublevabant. mancipiis quorum salus passim negligitur à dominis fidei nostræ subsidia procurare, palantes ne mors occuparet imparatos reducere, summa votorum fuit. Vinculis tenebatur Barbarus vir bello fortis, ob damna Hispanis illata ad rebellium terrorem mox rapiendus ad necem. Monitus à Sodalibus Pater hominem convenit adeò fructuosè ut inclinato in fidem animo Baptismum expeteret. Ergo differtur mortis sententia, Episcopus ipse spectator adest dum fidei arcana vincto panduntur. Ac ne pœdore ergastuli Baptismi cæremoniæ polluerentur, Episcopus de Iudicis voluntate reum deduxit in sacellum suum, ubi compedes exutum libertate duplici donavit.

Rei familiaris angustias ac pænè supremam egestatem levarunt insperatæ civium largitiones, quibus dissoluto alieno ære, villis provisum de mancipiis, lignaque exstruendo templo comparata.

CAPVT IV.

Collegium de la Rioxa.

O fructuosior hîc fuit Sociorum labor, quò latiorem zelo exercendo campum ſęva peſtilentiæ vis aperuit. Supremis æquè ac infimis, liberis ac ſervis diu noctuq; adlaboratum. odia reſtincta, compoſitæ lites, exceptæ de totâ vita confeſſiones innumeræ. tres è quinque ſociis Sacerdotes hîc degunt, longè impar laboribus ferendis numerus; tanta eſt operarum paucitas.

Fructuoſa miſſio P. Jacobi de Barrios.

COntineri intra urbis anguſtias non potuit generoſi manipuli ardor. Erupit P. Iacobus de Barrios altero coadjutorum comite & circumjacentes latè regiones pervaſit. utque quanta pereat meſſis colligentium defectu paternitas tua intelligat litterarum illius fragmentum profero. In Atiles vallis fertilis oppido magnâ humanitate excepti ſumus. nullus hîc de Deo ſermo, nulla alterius vitæ baptiſmatis vix ulla notitia. Hinc cùm quinquage-

quagenarii ne de nomine quidem Sacramenta norint, nulla morituris ineſt de confeſſione ſollicitudo, opportunitas nulla, niſi ſi fortè ad urbem de la Rioxa triginta leucarum itinere ſe conferant. Et quoniam hic nullus ab annis quinque viſus Sacerdos, quinquennes pueri inexpiati omnes. Proh dolor! quanta hîc animorum ſtrages! ô utinam adeſſent ſocii cæteras perinde valles exculturi! meos certè, quãvis inutilis ſervi labores non inanes futuros provideo, inculcatâ operosè vitæ alterius notitiâ ſecuta eſt morum mutatio ſingularis, diſpoſitis ſubinde ad exomologeſin animis expiata paſſim multorum annorum ſcelera, condonata ſacrilegia, ſopita odia, inceſtus & pellicatus quamplurimis familiares ſublati. Inſudatum fœliciter ad Barbaram æquè ac antiquam extirpandam conſuetudinem filias ſuas pretio in libidinem pecudum more diſtrahendi. Non nos tædet laboris, mi Pater, quem jubente Deo & caritate Chriſti urgente ſuſcipimus. : laboris meritum excedit merces, quâ digni habemur pro nomine Iesv aliquid pati & pro fratribus filii Dei ſanguine redemptis animam ponere. facile eſt gentis ingenium, magna ad capeſſendam fidem propenſio. O ſi frænari poſſet dominorum ſæva cupiditas! vix miſeris reſpirare tantillum conceditur à labo-

re, nedum ut par est ad animi negotia incumbere. hactenùs Pater. Intereà dum ex Europâ plures in laboris partem adveniant, duos illi socios in subsidium mitto, Sacerdotes ambo, Raphaëlem de Salazar & Ignatium Medinam.

CAPVT V.

Collegium S. Michaëlis de Tucuman.

SANCTI Michaëlis Collegium miseris omnibus perfugium est, fuitque præsertim sæviente pestilentiâ. Quatuor quot in eo degunt Sacerdotes in pagos sylvasque frequenter excurrunt haud pœnitendo fructu; at longè profectò majori si sociorum major esset numerus. Gaspar Osorius subsidio missus quo vespere in pagum appulit urbi vicinum operæ pretium fecit. Decumbens ex morbo vetula repetitâ crebrò hujusmodi voce excitatur: eia age, surge quantociùs, modò appulit Pater, illum confessionis gratiâ accede. Surrexit mulier de adventu Patris ignara, eique accidens animi noxas aperuit & vitam cum confessione absolvit.

Sejuncto in tugurio nemine conscio diu jacuerat juvenis, periturus haud dubiè omni destitutus ope. illac fortè & festinatò transiens Gaspar

Gaſpar ad alios qui vocaverant intermortuas languentis voces intercipit, ah mi Deus! cupio, cupio mi Deus ingeminabat. Ingreſſus tugurium hominem reperit ſupremos ducentem anhelitus. Dici non poteſt quantis exultarit gaudiis ubi Patrem ex veſte agnovit. obſecrat à peccatis levet abiturientem animum. quod ubi factum, è vivis exceſſit.

Solo tenaciùs inhærent annoſæ quercus; ſic vitia, quæ cum corporibus ſenuerunt. Difficulter ſenes Barbari reducuntur ad frugem quòd ſuperſtitionum avitarum tenaces; at vetulæ multò difficiliùs, ut eſt muliebre ingenium contumax. Hinc à ſociorum conſpectu abhorrent vel linguæ ignorantiam excuſant. Illius tamen, de quâ ſuperiùs, prodigioſa vocatio multas permovit ad ejurandas ultrò ſuperſtitiones & ſcelera exomologeſi purganda.

Poſt luſtratos pagi convenas omnes equum inſederat Gaſpar abiturus, cùm ecce ſenio fatiſcens anus, arundini innixa domo prorepεtans: Siccine miſellam deſpicis? ergone, exclamat cum lachrymis, divinorum myſteriorum ignaræ, inexpiatæ moriendum mihi erit? heu quid me mortalium miſerrimâ fiet! redit è veſtigio Gaſpar, avidè audientem fidei myſteria edocet, elutiſque animi ſordibus ſpei plenam & cæleſtes prælibantem delicias brevi

 mori-

morituram relinquit. Hujus exemplo plures superstitionum magistræ confessionis deside-rio cum interpretibus concurrebant ad Patrem magno illius solatio & indigenarum admiratione.

Sumpta sacrilegè Hostia sacra glutiri nequit.

IMprobitatis insignis artifex desperatâ, quorum non ferret stimulos, scelerum veniâ, animum diris devoverat. Ausa post sacrilegam confessionem sacris epulis accumbere quò magis enititur hostiam in stomachum trajicere, eò gravioribus animi morsibus laniatur. cùmque nihil juvisset hausta etiam liberaliùs ablutio, domum recurrit, aqualem paulatim exhaurit; sed palato adhærens tenaciter hostia humorem respuebat. ergo iterum iterumque aqualem implet, hauritque sacrilegas etiam adhibens manus. Quid hîc agat infœlix inops consilii? quod restabat unicum, tota in lachrymas solvi & damnare scelera incipit. mirum dictu: vix dolore concepto, spontè hostia in pectus defluit. Debuit insolens prodigium cor adamante durius frangere, non tamen fœminæ contumaciam emolliit. Ad luti volu-

volutabrum reversa abjecto salutis desiderio scelera sceleribus accumulare pergit, donec unicâ salubri cogitatione victa Deo manus dedit, quæ prodigio vinci noluerat. adeò Omnipotenti facile est vel minimis invincibilia superare. Curam advertit Gasparis, quâ sollicitè cavebat ne quis inexpiatus decederet; subinde sollicitudinis causas cunctanter expendens in periculi sibi impendentis considerationem devenit & expavit. Ergo ad asylum prosiliens Patri supplex advolvitur, rebusque desperatis præsidium poscit. pœnitentem ceu perditam ovem aperto sinu excepit Gaspar, præ dolore exanimem in spem excepit, animum exomologesi refecit, & ad constantiam in bene cœpto communivit.

Fructuosi sociorum labores pestilentiâ sæviente.

AD Divi Michaëlis rediit Gaspar spoliis de hoste animorum gravis; sed mox inducias tollente pestilentiâ in arenam socio auctus Sacerdote regreditur. In statione primâ jacentem Mauram offendit, quam, licèt in speciem longiùs à morte abesse crederet, petentem à peccatis absolvit. Vix primum è do-

mo pedem extulerat, cùm illa ceu laborum primitiæ ad Superos abiit. Magnus in servitiis juvandis labor, laboris pars maxima Rectori cessit, Angolanæ linguæ perito, præter navatam afflictis corporibus operam, multos ad fidem, plures ad frugem ad pœnitentiam multò plurimos adduxit, nonnullos suppliciis exemit, ad virtutem fructuosè est cohortatus universos. Luctandum præsertim fuit cum eorum quibus serviunt crudeli avaritiâ. Illi misera mancipia callidè subducunt à publico & non raró aquis præfocant, ne deprehensi pœnas luant in eos propositas, qui in Peruviæ regnum ex Africâ per Paraquariam servos transferunt. Nuper admodùm Potosium versus mercator unicus clam deducebat ad octoginta. ubi id inaudiit Rector, Dominum rogat sintne servi Christiani omnes. juratus affirmat, fidem non facit conscio quanta sit hominum istiusmodi improbitas. non vana fuit suspicio, Christum ignorabant plerique, omnes Christum edocuit, & fidei lavacro tinxit, immiti Domino stupente Patris caritatem quæ omne hominum genus, imò generis humani fæces & probra (sic misera mancipia vocitant) in Christi visceribus complectitur spretâ mercatorum invidiâ.

Vita

Vita & mors P. Ignatii de Loyola.

IN annalibus 1634. obiter monueram de P. Ignatii morte, quòd necdum collegissem quæ ad memoriam insignia gesserat. Ea nunc breviter & summatim describo.

Natus est Ignatius de Loyola Cordubæ in Tucumanis. Patrem habuit Guipuscoanum è Loyolæo sanguine magno Ignatio propinquum. Non indignum hâc stirpe germen fuit Ignatius noster, seu spectes corporis seu animi dotes. Erat in eo capacitas ad quælibet Societatis munia, quorum varia fructuosè & cum plausu gessit. Excelluit Oratoriâ facultate, quâ tam appositè tamque acriter vitia insectabatur, virtutesque deprædicabat, ut improbis terrori, probis vehementi incitamento esset. Inde usque à pueris ingenio præcipiti ac præfervido timoris Dei fræno moderatus fœliciter in graviorem noxam prolapsus est nunquam, virtutum semitam pede inoffenso decurrit. bene cœpisse tanti est. Societatem iniit adolescente ætate, non item judicio. ex ipso tyrocinii principio ceu ex fundamento molis imponendæ celsitudo, quantus vir futurus esset apparuit. Sciebat Ignatius munificentiæ cælestis fontes ingratitudine obstrui, copiosiùs

ſiùs in beneficiorum memores derivari gratâ acceptorum recordatione. Hinc ob vocationis munus Deo gratiſſimus nullum in agendis gratiis finem faciebat. præſertim quòd ſuis adoleſcentis humeris Chriſti jugum impoſuiſſet. Hinc Societatis inſtitutum & amabat & venerabatur, omneſque quibuſcum ageret ad illius cultum & reverentiam excitabat. Inter omnes quæ in eo magnæ fuerunt virtutes, excelluit obedientia, quâ notâ germani S. Patris Ignatii filii diſtinguuntur. Ad moderatorum nutus ardua quęvis & abjecta complexus omnia tentabat, ut imperata ad fœlicem exitum perduceret ſic ut in unius Ignatii ad parendum prõptitudine conquieſcere præſides viderentur. quidquid imperaſſent probabat ſemper rationumque momentis firmabat. Magna hæc obedientiæ virtus in altâ animi demiſſione ſtetit, quâ dotes in omnium oculis eximias occultare ſtuduit. extorto, ut ita dicam, à moderatoribus infimam Grammaticæ docendi munere ſeſe ei totum addixit veluti ſi ad majora ineptus foret. hæſit in poſtremis juſto diutiùs ad ſumma quæque natus, nec diu latere ſub modio lux tanta poterat; Philoſophiæ ſtudioſis prælucere juſſa eſt. ubi ſtudii metas attigit, docturus exemplo quam inculcarat commendaratque animi demiſſionem, proſilit è cathedrâ

hedrâ, diſcipulorum ex ordine pedibus ad-
olvitur, oſculo premit & lachrymis rigat ſtu-
ente ſcholâ universâ. Gravia furſum diu æ-
rè contineas: humilibus reddi debuit Igna-
ius. illius iterum lachrymis conceſſum ad
laſſem infimam rediret, è quâ poſt annum
reptus & conſcientiarum judex & orator ſa-
er juſſus eſt, eloquentiæ vi in pulpitis, comi-
ate in familiaribus colloquiis animos pro ar-
bitrio inflectebat. In juvandis cum morte lu-
ctantibus gratiâ valuit ſingulari. vix ullum pe-
ſtilentiæ virus abſtulit cui morienti non adfue-
it. non negotiorum moles, non periculorum
imor, non decumbentium vilitas retarda-
bant nec morientibus tantùm ſed & afflictis
omnibus ſolator indefeſſus aderat. quòdque
lluſtris eſſet caritas & paternus in pauperes
amor; ſi qui Ignatium demereri vellent (vo-
lebant autem quamplurimi) largitiones in
pauperum uſus conferebant certatim, illius
arbitrio erogandas: quippe qui omnium ege-
ſtatem noſſet. imbecille corpuſculum obfir-
mabat caritas, caritatem precandi ſtudium ac-
cendebat. præter ſtatas cæteris omnibus ora-
tiones horas aliquot ſomno detrahere ſolitus
fuit quas rerum cæleſtium contemplationi tri-
bueret. Denique ut multa paucis complectar,
Ignatius vir verè fuit Apoſtolicus magni Igna-
tii

& nomine & ſanguine digniſſimus. In pago excurrens (neque enim mœnibus continer tantus ardor potuit) Hiſpanum offendit diutino pellicatu implicitum. difficilis inveterat mali curatio remedia eludebat omnia. quic non tentavit inſignis animorum medicus? Re dierat à concionibus & confeſſionibus diurni oppidò laſſus: lænam in adulteri domum ſub euntem vidit, foreſque diligenter obſeran tem. Enimverò æſtuavit ad flagitii ſuſpicio nem non temeram Loyolæus ſanguis; atque ubi Deo ſupplicavit tantiſper accepto flagel lo tectis ſuccedit. ubi infœlices voluptates ex plebant tum abjectâ veſte ſic in corpus ſævir inſtitit ut ictuum crepitantium fragor peccantium feriret aures. Stupuêre primùm ad re novitatem, tum auræ cæleſtis afflatu impel lente foras prorumpunt, & ad Ignatii pede provoluti rogant alienam culpam cruore ſuo eluere deſiſtat, paratos eſſe ſua tandem ali quando peccata expiare. Lætus inſigni victo riâ Pater, veſtem induit, utriuſque confeſſio nem excipit, & in viam ſpemque ſalutis re ducit. Rebelles Vallis Celchaquę vicinos Chri ſtianorum pagos adorti acriter in Tucumanitas ſęvierant. qui necem evaſerant pars maxima plagis ac vulneribus peſſimè mulctati Sacerdotis opem implorabant. Operam in id

ſuam

suam de more defert Ignatius. Itaque quamvis milites deessent qui euntis tegerent latus, nihil moratus hostium insidias in viam se dat. Ad pagi fumantis reliquias appulsus, fœliciter continuò manum operi admovet, & quadraginta è sauciis ritè expiatos ipso adventus die in cælum amittit. parte insequentis diei sepeliendis mortuis datâ, dum avia & invia perlustrat, hominem in palude hærentem ac saucium eminùs conspicatur, magnoque molimine accedens à peccatis solvit: tum diu cum tenaci limo luctatus in humeros attollit & eripit periculo. Longior sim si singula Ignatii facinora proferam. Taceo itaque compositas illius studio ac industriâ controversias graves, restincta odia, malè partorum restitutiones, scelerum de totâ vitâ exhomologeses, aliaque id genus quibus incredibili cum animorum commodo sese constanter exercuit. Injurius tamen ipsi sim, si facinus postremum silentio præteream, in quo generosus Christi athleta stans fortiter occubuit. Magna res in motu erat duodecim ab urbe milliaribus in pago cui Chiquilicasta nomen, quę pręsentem Ignatii operam posceret. moræ periculo sprevit imminentem tempestatem, & patiendi cupiditate oblatam à viæ comite Nobili rhedæ opportunitatem recusavit. tenui tectum palliolo

liolo magna imbrium vis excepit, ſicque totus immadens pernoctavit ſub dio quòd dilapſis pagi ad quem diverteret incolis dirutæ jacerent caſæ. perrexit die poſtero Chiquilicaſtam, confectoque è ſententia negotio domum rediit affectus malè. nihil ad tanti viri valetudinem omiſſum. omnes præterquam ægrum latuit morbi periculum: quippe qui divinitùs accepiſſet de impendenti morte nuncium. Quartus aderat à reditu dies, cùm aliquot horis ante ſurgendi ſignum adcito Rectori, Pater mi, ait, brevi moriendum eſt, seriò in animi negotia incumbamus. ſubjicienti longiùs abeſſe mortis periculum, pacato ipſe animo & exultanti ſimilis: ne dubita, ſubdit, res extra controverſiam eſt; ſi enim de illorum obitu quos comparavi adhuc ad mortem moneri ſolitus fuerim cur eamdem mihi gratiam Deus negarit? ſenſit Rector pro eo ac debuit tanti viri jacturam, quando attentâ dicentis ſanctitate negari fides poterat. Ergo generaliter confitenti aurem accommodat non ſine admiratione dum viri integritatem præclaraſque dotes introſpicit. urget æger ſacrum Chriſti corpus adferatur quantocyùs, nec temerè: mox enim ingraveſcens morbus rationis uſuram eripuit ac ſubindè vitæ. Obiit primo Calendas Martias poſt exactos in Societate an-
nos

nos quinque supra viginti, in vivis unum supra quadraginta, vir vitâ longiore è Loyolæo genere dignissimus. Ingens fuit totâ provinciâ & civitate hac potissimùm tanquam de communi parente comploratio. Funus ab Episcopo, ordinibus universis, & plebe totâ celebratum, tantusque fuit multitudinis planctus nullo lachrymas tenente ut cantantium voces adimeret.

CAPVT VI.

Collegium Boni-aëris.

IAM in urbe quàm vicinis circum oppidis magnus fuit sociorum ardor, par fructus. Habitæ in æde primariâ conciones ferè quotidianæ, traditæ servitiis Christianæ præceptiones, publicis cohortationibus privatisque colloquiis excitati ad fervorem sodales, exculti catechesi puerorum greges, atque id genus pietatis exercitiis impigrè insudatum. Fructuosa item fuit opera portum subeuntibus magno numero peregrinis. audiendis verni jejunii tempore pœnitentibus Sacerdotes bis seni vix pares; adeò permovebant animos oratores.

Concio-

Concionum vis.

SOciorum aliquis inter orandum ad aras advertens convenire frequentes in templum, de multitudinis concursu abiit moniturus Patrem, cui incumbebat exemplum (ut dicimus) è suggestu narrare ad populum in sacrarii limine obviàm concionatorem interrogat: brevine suggestum cogitet neganti sibi licuisse per temporis angustias & pœnitentium frequentiam huic negotio vacare subjecit frater, non importuna mihi in mentem venit de Eucharistiæ Sacramento historia, quando urget Paschale præceptum. Placuit Patri narratio & è vestigio pulpitum subiit. Erat inter auditores qui tacitis dudum in sacro tribunali flagitiis impudenter & sæpiùs accubuerat cælesti mensæ Is ubi ex narratione didicit quàm severè Deus ulciscatur factas huic Sacramento à sacrilegis injurias, quàmq; in resipiscentes sit misericors, totus in lachrymas abire, interpellare dicentem, & ad illius genua advolvi. vocem suspiria abrumpebant, attoniti hærebant spectatores. monitus parciùs ageret, reposuit id sibi non esse integrum, quin dissulturum dolore pectus si gemitus præfocet. Suadet Pater ut urbe tantisper egres-

sus

his laxato suspiriis fræno dolori indulgeat. Egressus est, diei partem dolori concessit & rediit. At ubi rursus ad scelerum enarrationem venit, iterum dimittendus fuit ne præ dolore deficeret, donec mitigato lapsu temporis mœrore tertiâ demùm vice rediens pectoris virus evomuit adeò fœliciter, ut exinde vitam exorsus sit quâ cunctos rapit in admirationem.

Miles nefarius jurejurando sese obstrinxerat fore ut nunquam animi sordes confessionê elueret, quin quod impium magis, plures ad idem audendum pertraxerat suâ non cõtentus pernicie. audivit itê ille oratorem & familiari præsertim exemplo permotus in genua provolutus est, & confessionem inclamavit, asseruitque non hominis audisse vocem sed loquentis Dei sceleribus solutus priusquàm templo excederet fœlicioris vitæ semina suscepit quæ modò in solidas virtutes adolescunt. Alteri in Deum reo concubiâ nocte visus est horrendâ specie cacodæmon, qui jacenti imminens subjectas è terræ hiatu flammas intentabat. Non infructuosus terror fuit, non exspectato diluculo ad Collegium accurrit, piaculo eximitur, & terroris fructus vitam sanctiorem colligere pergit.

Antè dictis affinia prætereo, qualia sunt rediisse in gratiam juratos hostes mutui cruo-

ris avidissimos, ejectas passim pellices, pravum ludendi compotandique morem sublatum, & alia id genus innumera.

Maurorum sodalium fervor.

MAurorum sodalitia celebrantur in dies magis, præclaris potiùs virtutum exemplis quàm accessione Sodalium. Pauci siquidem, si candidatorum multitudinem spectes, & illi probatæ diu integritatis admittuntur. Hinc magna aspirantibus morum mutatio. gentis ingenium facilè divinarum rerum capax est in paucis. capiuntur sociorum erga se lenitate solemnique apparatu, quo sodalium funera curantur. quin suâ se fœlices servitute dictitant, quâ nimirum in Dei libertos evadunt. facile est miseros conciliare Christo, Christique legibus adstringere, quippe non tam ingenii pravitate quàm legum divinarum ignorantiâ flagitiosi sunt, vel certè pravis dominorum exemplis & incitamentis in vitia impelluntur.

Angolanam coëmerat quidam ad libidinem suaseratque misellæ fas esse eos in usus dominis servire ad quos comparatæ sunt. ignorantiam dedocta ad scelus de more invitantem acriter redarguit: Siccine, ait, infœlix conju-

conjugii jura fœdare non perhorreſcis ? adeò-ne parvi tibi eſt animi mei ſalus ut in æternam unà tecum perniciem invitam protrahas ? pu-deat, ô pudeat Chriſtiani nominis quo glo-riaris ! fateor dum in Angolâ verſarer ſceleris ignorantiâ laboraſſe tuâ decipientis culpâ, at modò cùm ſciam Chriſti legibus adverſari ſtat ſtabitque mille citiùs mortes oppetere. perculit viri animum muliebris fortitudo, è veſtigio Sacerdotem adit, ſeque ipſum nec ſi-ne lachrymis incuſat quòd imbutus Chriſti præceptionibus à puero edoceri de officio Chriſtiani ab Angolano mancipio debuiſſet. Non fuerunt crocodili lachrymæ: nam ex eo alius fuit, & mancipio caſtè vivere permiſit. Par aut etiam major fuit aliarum conſtantia. Non munera, non blanditiæ, non fucatæ le-nociniis preces, non minæ aut verbera domi-norum, non ferri pectoribus admoti terror conſtantiam labefactarunt. Id unicum inter minas & verbera ingeminabant ſodales ſe eſſe & Dei matris mancipia ſæpiùſq; ſacrum Chri-ſti corpus percepiſſe. Enimverò, reponebant illi, tua te pervicacia ſodalem probat, plus ſatis liquet te ab hominibus Societatis regi. Hæc dominorum vaga libido ægrè admodum fœminei ſexus mancipiis nuptias permittit. Evincit tamen non rarò ſociorum ſtudium

probè improbum & multis pellicibus matrimonium impetrat.

Eorum qui recens ex Guineâ & Angolâ advecti tantus fit ad catecheses concursus ut in apertum educendi sint. Plurimi Baptismo tincti, reliqui præparati. quosque morborum latè sæviens virus assumpsit ad unum omnes ritè expiati, non pauci statim à Baptismo decessere.

CAPVT VII.

Collegium de Salta.



EVERSO fluminis intumescentis eluvie cum æde sacrâ Collegio, sociis commodatò habitandum fuit. Laborarunt utiliter non civibus tantùm & accolis, sed & militibus ad reprimendam Cachaquesiorum rebellium insolentiam è Peruviâ accitis. Res familiaris non parum bello accisa. dirutæ rurales domus, abducta pecora, vineta aut inculta aut flammis absumpta, sic ut socii sex ægrè alantur. Ob desertam temerè stationem milites aliquot damnati erant ad restem. Supplicium præcipitans præfectus viatici sumendi spatium pertinaciter denegabat prohibito deferentis accessu. Qui morituro aderat

socius

socius provolutus in genua vicarium obtestatur ne hominis irâ impotentis timore oviculæ salutem negligat, alium cui parendum præsentem intueatur cæli terræque Dominum. Iudex oratione commotus pronus in terram præfestinationem damnat, pergeret vicarius officio fungi & miserum quo pater cupiat modo recrearet. Vtilior fuit aliis septem Patris supplicatio etiam concepta de illius zelo existimatio quibus præfectus, quamvis aliorum omnium regularium ipsorumque magistratuum supplicationes aspernatus, Patre rogante vitam condonavit.

Missio Xuxuyensis.

AD Indos qui Pulares dicuntur superiorum voluntate ierant socii duo Petrus de Herrera & Lupius de Mendoça Sacerdotes. spes lætas succidente bello ceu segetes turbine ad Xuxuyos itum. summa quâ accepti sunt benevolentia futuri mox fructus indicio fuit. Ad permovendos animos valuere plurimùm promulgatæ initio missionum indulgentiæ & Hurtadi incitatæ conciones, qui Francisco Hurtado sacerdote itē comite opus inchoarat. Evulsæ peccandi cōsuetudines inveteratæ, accisa offensionum seges, pacatę dissēsiones cùm

privatæ tum publicæ, quibus urbs tota in factiones divisa frequenti civium periculo dudum laborabat. Datæ passim ab inimicissimis dexteræ & in sinceram amicitiam conventum. quot hebdomadis ut minimùm quater dicebant ad populum singuli, mancipiis fidei præceptiones inculcabant. resipiscentium multitudini, Indis, Africanis, civibus, institoribus in Peruviam commeantibus commodabant aures Omnes ut ad expertissimos animorum medicos confluebant, veluti si nullus urbe totâ Sacerdos aut religiosus alius. præclaras animorum curationes singillatim exponere ut supervacaneum ita pænè infinitum.

Erat alicui filia naturalis pro pellice, nec ullã è cœno emergendi spem superesse sibi persuaserat. extraxit Franciscus & ad frugem. quibus, aliisque facinoribus, nec non vitæ integritate magna Societati iis in partibus existimatio accessit.

Exarsit ad clades suas cacodæmon, & gravioris metuens damni fœlices sociorum progressus sistere molitur, & jam quidem occultè & cuniculis quando aperto Marte nihil promoverat. sed in authorem recidêre machinationum dispendia. Regularium æde commodatò utebantur nostri ad solita Societatis munia. at illi perinde quasi indecorum foret templum

plũ ſuum alienis miniſteriis celebrari eo ſocios exigere ſtatuerunt: id ubi civibus fortè ſuboluit cõtinuò agitari cœptum de ſacello noſtros in uſus apparãdo. Ædes ſuas dudum Societati legarat Ludovicus militari turmæ præfectus. In his, ut erant peramplæ, ſacellum elegans adornatum ſumptu publico, populique poſteà frequentiâ in dies ſemper majore celebratum, triduo antecinerali præſertim, cùm aſſiduum utriuſque audiendi laborem noxas confitentium multitudo longè ſuperavit. Habita ipsâ quadrageſimâ ad frequentem concionem verba, uſurpata flagellatio publica, quæ ex cædentium ſeſe corporibus ſanguinem, ex ſpectantium verò oculis uberes lachrymas exciebat Hinc expiata frequenter totius vitæ ſcelera, hinc malè partorum quotidianæ reſtitutiones, & inviſa jam diu morum totâ in urbe integritas.

Virginis ſine labe conceptæ imago prodigioſa.

SImul in ſacello collocatâ advenêre paſſim ægri remedium inde petituri. Imperravêre complures ſalutem corpori, civis primarius prætereà etiam animæ. Iacuerat multos jam menſes

menses viribus adeò defectus, ut neque pedibus consistere momento posset. Medicaminibus nec paucis nequicquam adhibitis in templum deportari se jubet, & coram icone sisti. Vixdum votum conceperat revisendæ Virginis cùm redire paulatim vires persensit integræ valetudini nono post die restituendus, eam curationem animi salus proximè consecuta: qui enim anteà factiosorum princeps, urbis pacisque perturbator, odium ac terror populi & audiebat & erat: jam petitâ in præteritum veniâ pœnas etiam publicè expetiit quòd recta sociorum studia nefariis machinationibus intervertere conatus fuisset. vidisses in templis de genibus assiduè supplicem & confertæ turbæ calces patientem, qui priùs nec aspectum ferebat.

Innumera alia Dei Parentis in miseros beneficia prætermitto. ad civium in socios officia revertor. Summâ omnium ac vel maximè senatorum voluntate ad me primùm, tùm ad regios Cuchuquicacæ senatores litteras dedêre, quibus post collaudatum Societatis institutum sociorumque labores expositos amplum alendo Collegio vectigal liberaliter obtulerunt. Frustrà fuit objecta ab aliis Religiosorum ordinibus remora. quin veluti incendium vento sic nostri desiderium adversa-

riorum

riorum molitionibus crevit. Itaque cum crebris legationibus Præsidis animum tandem inclinassent has ab eo acceperunt: Vestrum mihi studium, quo Societatis IESV Religiosos vobis adesse percupitis, gratissimum accidit. Largitatem verò, quâ illis dotem obtulistis, non possum quin vehementer extollam. Novi præclara sanctæ illius Religionis studia, quique ex iis enascuntur fructus & collegi ipse & diversis in locis non sine lætitiâ perspexi. quare pro eo quo in sanctos Patres amore feror ac reverentiâ vos etiam atque etiam hortor ut in cœptum opus incumbatis sedulò quò citiùs fructuosissimis Apostolicorum virorum laboribus (quod optatis) perfruamini. Potosii 14. Februarii 1636.

Impulit me præter prolixam Xuxuyensium liberalitatem loci opportunitas ut Collegium concederem si tamen annuat Paternitas tua. Hinc enim milites nostri velut ex arce educentur commodè ad Ocloyas, Cochinozas, Vinaquacos Christo subigendos Hinc etiam accessus est ad Charos numerosissimam gentem & ab ingenii docilitate legibus divinis imbui facilem.

Moritur

Moritur P. Lopes de Mendoça.

VIxerat annos tres & ſeptuaginta, inter ſocios quinque & triginta. de inſtanti morte in ſomnis præmonitus abdicatis de moderatorum voluntate alienis rebus totum ſe ſibi attribuit orationi corporiſque afflictationibus continenter vacans, quod quidem & anteà magnâ omnium admiratione obſervaverat quoad ſinebat negotiorum cura. pervigiliis Deiparæ jejunium ex voto celebrabat, ex conſuetudine quotidie. Supellectilem ſuam omnem (qualis qualis erat) quin & ſcripta ſua in ſocios diſtribuit, optavit quò propiùs nudum Ieſum in cruce morientem moriturus ipſe ſequeretur. iteratâ vitæ totius exhomologeſi cùm appeteret prædictus mortis dies nullo ſe prodente morbi gravioris indicio in ſacellum delatus, ibique Euchariſtiæ viatico munitus, tum elicitis amoris actibus factâque de ſchedula fidei promiſſione (quam cum formulâ erratorum deprecatoriâ thoraci proximè ab cordis ſede inſui voluit) continuò rationis uſu mox & vitâ deſtitutus eſt Iunii 8. 1636. mortuo parentarunt Ordines Religioſi omnes, & cum Clero cives univerſi amore in Patrem & pietatis ſenſu planè ſingulari.

Adeò

Adeò præclara Xuxuyensium in Societatem
:udia Saltensibus suspicionem simul & timo-
em moverunt ne scilicet socii templo ædibus-
jue apud se destituti Xuxium transmigrarent.
:ò communi ad me consilio datæ ab iis litte-
æ ac in priore quidem earum parte sociorum
n urbem universam officia mirificè commen-
labant, posteriore suâ spiritualium rerum in-
ligentiâ fusè expositâ spondebant fore ut sta-
im ad Collegium & templum pecuniam de-
:ernerent quantumlibet exhausto belli cala-
nitatibus ærario. Ego ut humanissimè potui
respondi longè diversam mihi fuisse mentem,
de avocandis inde Patribus ne quidem cogi-
tasse, quin cum Saltensium in Ordinem no-
strum benevolentia tot tamque luculentis ar-
gumentis mihi esset perspecta de munificentiâ
dubitasse nunquam, nec verò absque injuriâ
potuisse.



CAP.

CAPVT VIII.

Collegium ſanctæ Fidei.

Ex Deiparæ icone ſudor prodigioſus emanat.

POPVLI ad nos ſacrorum causâ confluentis tum frequentiam tum religionem auxere vehementer prodigia. Primum & id cæterorum veluti origo Virginis imago ſine labe conceptæ. hanc Ludovicus Berger noſter coloribus nuper expreſſerat Collegii Rector Deo coram illa ſupplex ſudare advertit, & uſque eò ut in linteum & ſcamnum proximè ſubjecta humorem diſtillaret. Cælum tum temporis innube, ſuda templi laquearia. Ergo propiùs accedens cunctanter ſcrutaturus prodigium è tabellâ ipsâ humorem manare certò deprehendit, linteoque excipit religiosè. Extemplò rei novitas ad adſtantes circumfertur, & ſubinde per urbem univerſam famæ vehiculo. Præſens commodùm Epiſcopi vicarius exterſo ſæpiùs in oculis multitudinis ſudore per horam totam miraculi fidem adauxit vehementer. adauxit

&

Propræfectus visum attestatus. at Propræ-
cti Germanus Fraterni Zeli mercedem retu-
: morbi, quo sensim tabescebat, curatio-
m. Tribunus ille militum fuit, hic signifer.
e hominis vitâ conclamarant medici ob im-
iedicabile vulnus in aurem acceptum. admo-
lintei, quo sudor exceptus fuerat, frustu-
derepentè convaluit.

Quinquennium ipsum laborarat matrona
obilis ex vulnere immani ad stomachum. ap-
licita de medicorum præscripto medicamen-
malum irritaverant, prodigiosus sudor ab
tactu statim lenivit, ac postero die obduxit
ulnus relicto solùm vulneris vestigio, cicatri-
e. Eadem eodem antidoto proximum mortis
peste periculum repentinò sic depulit, ut so-
pitatrici suæ valens ac vegeta postridie acci-
erit. summa illa sit valuisse id remedium ad-
ersùs morbos omne genus, nec corporum
nodò verùm etiam animorum.

Fidei conjugalis oblita mulier thorum con-
aminabat adulteriis, quæ ut premeret gemi-
am prolem parricidio sustulit. venit & illa ad
rodigii spectaculum, sed simul concepto di-
initùs lumine criminum fœditatem vidit, de-
iderium vitæ melioris concepit, in quâ ho-
lieque perseverat.

Quidam pellicatu implicitus, & in scelere
pertinax

pertinax ob negatam ab conſcientiæ arbitrc
abſolutionem ſic excanduit, ut execratus ſa
cra omnia ipſe ſe diris devoveret certus pec
can ſi illecebras à ſe amoliri nunquam. Furen
ti perſuaſit Pater ad Virginis imaginem adiret
ibidemque roſarium percurreret. adiit, per-
currit, & ſedatâ ſcilicet ad ſacræ Cynoſura
conſpectum tumultuantis animi tempeſtat
ad Patris genua rediit, inſtitutaque exhomo-
logeſi pellices ab ſe abdicavit.

CAPVT IX.

Collegium Aſſumptionis Provinciæ Paraquariæ.

VT campus aratro ſic proſciſſa ca-
lumniis in Aſſumptione Societas u
beriores fructus protulit. Certavere
ſocii adverſariorum malevolentiam officiis ſu-
perare, & vel judicio ſuperarunt. Conciliatis
Chriſto Paranenſibus, Guayranis, Itatiniis,
& Vruayenſibus ab Rege & Pontifice per ſo-
cios impetratum diploma, quo fori utriuſque
legibus ſeverè cavebatur ne innoxii etiam Eth-
nici bello temerè appetiti ſervitum abduce-
rentur. Ea enim erat Europæorum avaritia,
ut

ıt facto in immerentes, qui à noſtris colligebantur, impetu, abſtractas à viris mulieres, à parentum ſinu parvulos abducerent poſtmodùm vendituri. Atque hæc fuit odiorum origo in ſocios tanquam communem Reipublicæ peſtem, quos nequam illi urbe, ut olim Venetiis, pellendos, ac laceris impoſitos navigiis ventorum & maris arbitrio permittendos paſſim vociferabãtur. ſerpſit pedetentim cõtagio & in magiſtratus ipſos evaſit. Plerique Patres familias gerebant ſe pro hoſtibus;uxoribus ac ſervitio noſtrorum congreſſu & templo interdicentes. Comitabatur eorum aliquis venientẽ ad nos celebritate antecinerali Præfectum hominem integrum in paucis, ac pium: illum ubi Prefectus advertit ad templi fores reſiſtere, quod ingreſſum dedignaretur acriter increpitum pudore complevit ob impudentiam, ut aiebat, vel in ipſo Lutheranæ impietatis regno non ferendam. Gravius malum eluſit puerorum in nos amor ac propenſio: edicto ſanxerat Senatus ne quis Societatis ſcholas frequentaret. quin pueros, cùm nihilominùs conveniſſent in ſcholam, quidam è Senatoribus vi abducere tentavit in Dominicanorum gymnaſium: at illi irriſo hominis conatu, ac impotentiâ hinc inde per diverſa diffugerunt. Libelli autem, quos iidem adversùs nos ſparſere,

re, adeò Societatis nomen non obſcurarunt, ut etiam illuſtrarint magis: nec frequentior aliàs concurſus ad ſocios ſive concionum ſive ſacrorum myſteriorum gratiâ Vix datum à turbâ curandis corporibus ſpatium. Celebratæ præſertim verni jejunii conciones & flagellationes publicæ, quarum fructus planè ſingulares, ut & ſcandali ingentis periculum à Religiosâ quadam familiâ per ſocios propulſatum, aliaque id genus prædictis affinia conſultò prætereo propoſitæ brevitatis memor.

Sub hæc erumpens per peſtis clades ſociorum caritas laudem vel ab hoſtibus expreſſit. urbem pervagata lues Sacerdotes omnes afflixerat. ſoli reſtitêre ſocii, qui moribundos à noxis expiarent. quod præſtiterunt impigrè. corporibus prætereà pharmaca diſtributa, datæ egentibus eleëmoſynæ nullo perſonarum reſpectu niſi ſi adverſariorum calamitas innoteſceret: horum enim ſociis cura ſpecialior, quò ſcilicet malefactà benefactis penſarent. hinc miſerorum perfugium, corporum ac animorum ſervatores paſſim & ab omnibus appellati. Certè Petrus de Lugo & Navarra huc ab Rege miſſus & pronuper appulſus pronunciare non dubitavit, ſi abeſſet Indiâ Societas non cultum duntaxat & reverentiam, ſed & Numinis cognitionem eâdem exulaturam, omneſ-

omnesque absque Patribus foret Ethnicorum ritu de vitâ decessuros. Dictitabat idem non infrequenter itineris ab ipsa longè Europâ suscepti præmium æquo majus percipere se dum singulari animi voluptate sociorum ardorem in laboribus, quique ex iis existunt fructus præsens oculis usurparet.

Nec parum aucta hominis amicissimi benevolentia cum ipso inaugurationis suæ initio à nostris exceptus est. Ingredienti cum pompa processere obviàm cum Coloniarum ducibus & Caciquiis Guayrani pueri splendidè induti omnes. Fidibus pars, pars voce canebant, ad numerum saltabant alii, & choreas agebant. Drama elegans perinde gratum subinde datum in scenam. Hispanum puer aliquis, Indum alter, Maurum tertius, gentes alias alii Præfecto gratulabundas, habitu, voce, ac gestibus referebant. spectatores è nobilitate plurimi, Religiosi aliquot ex Ordinibus singulis, è plebe perquàm multi. Spectaculum regiis oculis non indignum pronunciavit Prætor: primores verò usque adeò probavere, ut de eorundem voluntate denuò dandum fuerit. Bis datum bis placuit, nec mirari satis omnes poterant puerulos feris veriùs quàm hominibus progenitos in tantam artium peritiam tantulo intervallo evasisse.

Sub hæc tempora S. Pauli accolæ Paraquariam infestis armis ingressi. Ethnicos complures in hanc usque urbem terror compulit salutari Numinis consilio: hîc enim plerique omnes Christo conciliati. ex iis senes aliquot & pueri statim à suscepto baptismate demortui. Magnam tamen prędæ partem nobis præripuit civium avaritia. profugos multi colligebant ad domestica servitia, & ne decretas à Prætore pœnas incurrerent domi sedulò occultabant; hinc factum, ut plures absque sacræ confessionis remedio vis pestilentiæ abstulerit. Ei malo ut occurrerent socii compita percurrebant singulos ac universos obtestantes ne miserorum salutem æternam brevi ac futili lucello posthaberent: & obtestantium ardor salutem nec paucis procuravit.

Hos inter Christianus quidam Baptismate tenus inde ab annis 40. peccata sacerdoti non aperuerat; morti vicinus de nostris unum accersiri expetit: contrà hospes nostris infensus sæcularem primùm, deinde Parochum, postremò Religiosos alios advocat; verùm ægro negante se cuiquam ex istis arcana pectoris crediturum accitur demùm socius. Vix ingresso moribundus gaudio gestiens: Isti, isti sunt, exclamat, Patres mei, his ego noxas lubens aperiam

Socie-

Societatis obtrectatores graviter puniuntur.

ÆGros cõquirebat è ſociis quidam cùm è vicinâ domo cadaver Indæ mulieris efferri videt. Obierat miſera ſpiritalibus orba præſidiis. hoſpitis impietatem acriter redarguit Pater & celeriter puniendum etiam cariſſimi capitis morte denuntiat Prædictionem eventus proximè conſecutus. vate ipſo etiamnum præſente quam ille in deliciis habebat filiam, peſte corripitur, & brevi deducitur ad extrema. Obduruit ad ſocios inclamantis preces infœlix parens nihilo in filiam quàm in mancipium pientior. re per viciniam vulgatâ accurrit Collegii Rector, peccata confitetur puellá, & continuò moritur. perculit obduratum Parentis animum noſtriſque rebus adverſantem tam ſubiti caſus inſolentia, non fregit contumaciam.

Impudentior fuit alterius furor, qui ſocium fruſtrà calumniis appetitum palam inſimulare non dubitavit proditi, quod à confitente audierat, peccati. viſum eſt Patribus judicio amóliri calumniam; & diffidens cauſæ calumniator aſſumpto Clerici habitu ad tribunal

ulcera non continua lineę vestis & strati mutatio, non corporis lotiones adjuvabant. Nec poterat jam miser ultricem Dei manum non videre nisi sibi ipse mentis oculos occlusisset. porrò inclinanti in desperationem objectus denuò per somnium Pater graviter admonet agnoscat tandem punientem Deum, cujus & commiseratione fretus eliminet peccandi illecebras. eliminat postridie, tum & peccata confitetur. mira res evanescunt pediculorum examina, febrium ardores ex toto remittunt, & paucos post dies revalescens exhaustas nummis & supellectilę cistas graves & illibatas invenit.

Alterum fœdè (quod solebat) se oblectantem subitaneus invaserat morbus. creditus abesse propiùs à mortę sacro oleo inungitur. Intereà peregrinantem à sensibus animum Christi judicis tribunali sistunt & acerrimè accusant terribili formâ, ac specie cacodæmones; jamque rapiendus ad supplicia videbatur cùm subitò sibi redditus Sacerdotem inclamat, culpasque confessione & lachrymis eluit. utilis terror nam remotis à se peccandi occasionibus modò in id unum incumbit ut ne imparatus rapiatur ad judicem, cujus districtam severitatem vel in somniis ostensam adeò exhorruit.

CAP.

CAPVT X.

Provincia Itatinensis.

ANNVS hujus sæculi quartus & trigesimus reductionibus quatuor Itatinensibus admodùm luctuosus extitit. Ad Paraquarium sitas loco juxta amœno & fertili administrabant Iacobus Ranconier, Iustus Vansurq & Iacobus Ignatius Belgæ. submissis ab Assumptionis Rectore armentis ad itinera & agriculturam solerter utebantur, ingenio autem & industriâ ad Barbarorum eruditionem prosperè ac fœliciter. Sylvestrium sese in dies singulos aggregantium magna accessio. Sociorum lenitate & munusculis capiebantur: capti remeabant ad suos iisdem vicissim & illos capturi, & fuit subinde cùm pagos totos eo illicio suis cum ducibus in colonias adducebant: ita jam terni Patres multas circum regiones complexi animo populos latè Christo parturiebant, novas coloniis designabant sedes. adversam Paraquarii ripam habitant Payaguenses, tribus inde milliaribus Gualachi. utriqùe ingenio mites, & sociis perquàm benevoli. Vlteriùs Gualachos Guati & Guanæ, tùm adverso flumine pergenti occurrunt

Bitiriguæ & Montani Guayrani sermonis & agriculturæ usu prioribus conformes. Chiquitæ ad S Crucem de las Sierras, Chanes ad Cordilleras & Peruviæ fines pertinent. Influit in Paraquarium fluvius ignobilis. ad hunc ingens olim incolarum numerus, nunc ob vitāda quotidiana cum Chiriguanis diffidia magnam partem: sedes mutavit gens pacis quàm belli amantior At convenæ longè numerosissimi versus sanctam Crucem quà Insula dividit Paraquarium. Iam secundò flumine descendentibus Longuacuriæ primùm aperiuntur, tùm Guaycurictii, deinde Tobæ, post Montagnæ, deinde Frentones, tùm ac postremi Guelelæ. Commune omnibus nomen Cachi. Habent autem ab meridianis partibus fluminis rubri accolas vulgò Culchaques, à septentrione Cordilleras Peruviæ & Chiriguanas, Paraquario ab ortu, ab occasu Xuxuyis terminantur has ad gentes P Gasparem Osorium submisi regionum situ & in fidem propensione ventitantium indidem Caciquiorum relatu satis exploratis.

Tres illi (de quibus antè) socii annum hujus sæculi quintum & trigesimum in detegendis circum regionibus posuêre ad quas aditu jam patefacto, conciliatisque indigenis venientes subsidio alii, aliique in animarum lu-

era sese diffunderent. Id veritus cacodæmon non plebem modò (quod maximum erat) in socios concitavit, sed & nonnullos alios qui favere maximè debuissent authoritate etiam supremâ metuendos. ut non minùs verè quàm aptè verba illa Apostoli usurpare possent eorum singuli: *Ostium mihi apertum est & adversarii multi.* Ad hæc accessit, Brasilorum immanis furor, morborumque calamitas, quæ duos de tribus demessuit. Ac Europæorum quidem invidiæ origo illa est, quam & antè tetigi, quòd videlicet fortiter obstarent Patres ne Europæi Neophytos per vim servitum abducerent: Eapropter id totis viribus agunt ut nostros ab Ethnicorum congressu dimoveant. Prætextum hoc illis unicum potestatem animorum Pastores coloniis imponendi penes Præfectum unum esse Pastores porrò Regis decreto, sæculares esse oportere. Hæc aliaque (quæ consultò prætereo) dum cuderentur aberant fortè ab urbe integrioris vitæ Canonici, qui ubi rediêre libellis in socios confictis metu quidem subscripsere, at mox accersito Scribâ publico juridicâ formulâ subscripta retractaturi. Missæ ab eis ad Collegii Rectorem tabulæ; ab hoc confestim ad socium Cucuquicacæ agentem, quò sic adversariorum machinationibus præverteretur: sed ille nullum metuens

tuens moræ periculum exſpectandum tamdiu exiſtimavit dum calumniarum bajulus adveniſſet. Ita hebdomas una, duæ, plures abierant cùm nocte intempeſtâ repentinò expergiſcitur ſeipſe damnans quòd tamdiu ad ſenatum de negotio referre diſtuliſſet. Cogitationem tanquam importunam diu & fruſtrà excutere conatus eſt quoad denique inſtinctu fortiore adactus è ſtrato deſilit poſtulationem exaraturus. ut primùm diluxit ſtatim in curiam ſe transfert: ibi poſtulationem apparitori tradit, & commendat. At apparitor, ecquis ait de tranſmiſſs adverſariorum libellis te admonuit? nemo omnium, reponit Pater: verùm motus adeò inſolentes ad rem maturandam proximâ nocte perſenſi, ut procraſtinare negotium etiam volens nequierim. tùm ille admotâ ad pectus manu: Deo gratiam habe, mi Pater; præmiſſos hìc habeo ab adverſariis commentarios; verùm tuam ego pro Societate poſtulationem Senatui priùs tradam, quò in fumum abeat calumnia: neque aliter quàm promiſerat præſtitit, tantumque abfuit, ut gravius aliquid in ſocios fuerit ſtatutum, ut etiam regii favores adaucti ſint, adaucta ſociorum fama, probati labores, novæque & graves pœnæ in quoſcumque in poſterum obſiſtentes propoſitæ.

Sed

Sed ecce nova difficultas à cælo quòd quàm anno superiore sudum ac siccum tam proximo pluviosum fuit. Super his differentem Rancoerium audiamus: incredibile dictu est quantùm hæc tempora spes, ac res nostras acciderint: atque ut nihil dicam de anni proximè lapsi siccitate, quæ semina omnia solo jam commissa stirpitùs exussit, tanta vis hoc anno pluviarum fuit, ut totam latè regionem inundarint.

Noëmitici diluvii undequaque facies, ventis præter hæc torrentibusque invicem incurrentibus adeò contrariè, nullâ ut ratione navigari posset. & mihi quidem rure tum deprehenso angustâ in casâ delitescendum fuit hebdomades quindecim Hinc geminæ messis desperatio, hinc colonorum per avios montes victûs causâ vagantium comploratio. Adde quòd nec ullum ab Assumptione subsidium meritò sperari poterat hinc aquis pedestria itinera, hostibus inde fluvium intercludentibus: sed nihil perinde acerbum Patribus in tantis rerum angustiis quàm quod novas moliri colonias priùs vetuissem quàm appulsæ essent ex Europâ suppetiæ. hæc ille, qui & aliàs in hanc sententiam scribit. Qui ex Neophytis ad adversam Paraquarii ripam exploratum ivêre ii Euangelii præcones magnoperè ab indigenis expe-

expeti nunciant. Ex his quotquot in reductio nes furtim irrepſerunt inclinatis ad fidem ani mis remigrarunt ad ſuos. Pacem Taguarii cum Gualachis compoſitam nuper accepimus Gens utraque ad Chriſti jugum ut apta, it propenſa. Meſſis multa, mi Pater, operari autem nulli. plura non addo: res per ſe loqui tur. Et certè niſi dolorem noſtrum æterna providentiæ contemplatio temperaret tabeſ cere nos zelus noſter cogeret dum ſcilicet per euntium ſtragem è vicino conſpicimus, nec manum porrigere ſinunt obedientiæ retinacu la. Iiſdem propè verbis fervoris non abſimilis indices litteras dedêre PP. Nicolaus Henart & Iuſtus Manſilla. Inter hæc ſiniſtri ab Europæis ſparguntur rumores ſocios omnes gentè Luſitanos cum Luſitano-Braſilis agitare conſilia, præfectum cum milite in armis ſtare, paratamque claſſem ad Neophytos longè in ſervitutem avehendos. Complures abalienavit à Patribus falſa perſuaſio, exhauſitque ſenſim oppida ſervitutis metus. tot malorum grave additamentum lues toti regioni communis. Subventum primò reductionum incolis, tum etiam Ethnicis permultis & Chriſtianis Clericorum ſæcularium curæ commiſſis, at jam ab iiſdem derelictis. laborem augebant rupium aſperitas, locorum intervalla, trajicienda paſ-
ſim

m flumina, difficiles per avia, & tempestates
:cessus. alios ista retardassent, illos incita-
ant magis; at duæ res præterea & vel maxi-
iè, ingens laborum fructus, & eventus pro-
igiorum similes. Quæ illi agendi patiendique
ova, quàm scribendi præterita cupidiores ha-
:enùs silentio presserunt. videatur fortassè
uipiam tam longè latèque protensa caritas
lteriùs quò se porrigat non habere: attamen
bi auditum est Ypanios & Yguarambas Sa-
erdotibus, suis morbo jam afflictis destitutos
ontinuò sociorum unus eò amissus est reli-
uis duobus missionem difficillimam inviden-
ibus. Vltimum propè & maximum pestilen-
iæ damnum PP. Ranconerii & Henartii obi-
us. Viri planè Apostolici, quorum præclarè
;esta justo volumini sufficiant. utriusque elo-
;ia per provinciam ad exemplum transmissa
iondum ad me perlata sunt. de postremo ta-
nen nonnulla compendio delibabo.

Breviarium vitæ P. Nicolai Ignatii Henart.

NAtus is fuit in Lotharingiâ parentibus opulentis juxta & nobilibus, suumque ultra hæc apud ducem perquàm gratiosis. Studiorum

diorum curſum emenſo ſæcularis vanitas deſi
pere cœpit : itaque de religioſo Ordine ſeri
cogitat, ambiguus quem iniret, Deum Dei
que parentem crebras per preces, & Sacra
mentorum perceptionem conſuluit. motuum
internorum ſenſu factus jam certior ſic ut ne
que de divinâ voluntate dubitare, neque vo
ra ulteriùs diſſimulare poſſet Societatem po
ſtulat, & quò faciliùs impetret, in rei dome
ſticæ adminiſtrum ſe offert. ſed moderatori
bus parentum apud Ducem gratiam veriti
poſtulata differre viſum eſt : annos ipſos quin-
que tenuit dilatio ; totidem Candidatus in
propoſito & ambitione permanſit morâ tam
longâ non tantùm non fractus, ſed etiam fir-
mior ac conſtantior. Patris animum flexit tan-
dem adoleſcentis pertinacia: durior in id con-
ſilium mater ; non cibum, non ſomnum ca-
piebat præ mœrore : maternas omnes illece-
bras conſumpſit quò filium à propoſito revo-
caret. fruſtrà omnia. Generoſus Athleta per
calcatam matrem ad Chriſti vexillum perrexit.
Prodidit ſeſe initio ſtatim tyrocinii inſolens
ardor, alta demiſſio, & modeſtia ſingularis
divinæ vocationis argumenta. Decennio in
patriâ exacto miſſiones novæ Franciæ ambire
ſimul Ethnicorum ſalutis, ſimul tolerantiæ
majoris ſtudio. Accidit autem commodùm
cùm

cùm hæc animo agitaret ut ſuppetiæ iſtis regionibus ex Europâ quærerentur. Quare præclaram ratus obtinendi quod tantoperè ardebat occaſionem, Romam de majorum conſenſu cùm provinciæ ſuæ Procuratore proficiſcitur, atque inde cum aliis in Paraquariam miſſione Paraquariæ pro Canadenſi à Patre noſtro impetratâ poſt Theologiæ quadriennium hîc abſolutum ad Guayranas deſtinatus, deinde mutato conſilio ad Tayobas, quò & miſſus. Gens eſt cum primis ferox & aſpera ingenio, fidei adverſa ut cum maximè, cujus adeò præcones non ſemel quæſivit ad necem. Ita P. Ignatio (quod ſæpè à Deo precatus fuerat) graviſſima Provincia obvenit Evicit lenitate & induſtriâ gentis feritatem, & paulatim ad humanitatem & Chriſtianos mores efformavit. ſed Coloniæ fœliciter adoleſcentis ſpes incîdit Braſilienſium populatio. Cedendum furori fuit, & Paſtori cum grege in adverſam Piriquii fluminis ripam tranſmittendum. mutatio imbecilli corpuſculo incommoda cùm per ſe, tum propter cibariorum penuriam: tanta hæc fuit ut palmarum foliis & carduis ſylveſtribus ſolis & diu victitarit. Sic refocillato ſuperanda erant montium ardua, aſpera rupium, ſylvæ, dumeta, paludes, ſolandi afflicti, juvandi moribundi, animandi omnes

omnes. Haud multò leviora apud Itatines passus, ubi Guayranos Ibiberium fugientes in duas Colonias Mâsillâ adjutore redegit. Christianorum dogmatum rudes erant Hispani æquè ut indigenæ quippe jam annos octo Sacerdote orbati. Ad hæc plerique Indorum sine Baptismo & fide Attamen tot inter nemo fuit quin P. Ignatii caritatem sit expertus. Verno jejunio Gerez urbem excolendam suscepit, & excoluit fœliciter. Cives quà concionibus, quà exemplo, quà inducto Sacramentorum usu brevî sic reformavit ut civitas ipsa se aliam miraretur. Eapropter ad Senatum regium, & Provincialem, dedit litteras; iis Patris labores impensè apud utrumque commendavit, ab hoc prætereà aliquot è Societate petebat. Ad missiones reversus eadem majori ardore Indis præstabat: ad construenda templa & hortabatur & adjuvabat, unus ipse Patribus reliquis ædificabat domos, sylvestres è montibus & spelæis reducebat, reductos fidei mysteriis imbuebat. Quibus omnibus longè majora & gessit & tulit cum imminentibus denuò coloniæ Brasilo-Lusitanis in easdem famis & itinerum difficultates recidit. sed maximè cùm Barbari captivorum gregem præ se in Brasiliam agerent: quo ille tempore civium suorum sortem miseratus vitam mille periculis pro eorum

salute

alute objecit utiliter :: nam magnis itineribus edeuntes assecutus tantum apud ferocissinam gentem valuit ut quamplurimos è lupoum illorum faucibus ereptos salvos & incoumes reduxerit. Nihil illi antiquius quam ut n laborum omnium partem veniret ; quod si ssequi non posset sanctâ quadam æmulatione angebatur. Et pestilentiâ sæviente primus ipse omnium ad moribundos, primus ad Ethnios baptismate impertiendos, primus ad periculosissima quæque quamvis & ipse languens e conferebat. Ardentis hujus & indefessi ferroris comes perpetua fuit sui suarumque reum despicientia; quâ ita se semper gessit tanquam nihil ipse præclarè ad Dei gloriam, cæeri verò omnes maximè & agerent & paterenur. Aiebat ob duo potissimum per Dei merita eternam se sperare mercedem : alterum quod n Societatem, alterum quod in missiones Inlicas fuisset cooptatus nullis omninò ad id raionibus humanis, aut illecebris inductus, ex æteris autem quæ vel fecisset vel pertulisset antam cepisse animo voluptatem ut nimiò olus sibi repensum putaret. Iam in paupertate quàm admirandus & singularis! Omnium ipse ibi vilissima ceu vilissimo deligebat. In detriis ac laceris vestibus, quibus in publico uti inlecuisset, privatos intra parietes quasi in ostro

& purpurâ triumphare videbatur. Rarus admodùm indusii apud illum usus, quod ut dissimularet, linteum sibi in collaris modum aptaverat: id ubi à Superiore colonias lustrante illi interdictum est varias primùm in contrariam partem attulit rationes, mox illo in sententiâ perstante acquievit, solitus & aliàs semper moderatorum nutus observare. Illustrabat hæc omnia constans sui vincendi studium, & propè continua cum Deo consuetudo. Si quid fortè accidisset ne minimo quidem edito commoti animi indicio Deo mentem sistebat, & cum copia erat, etiam corpus in Eucharistiâ præsenti. Cibi ad stuporem abstinens, contentus quolibet præterquam lauto & eximio, qui si fortè offerretur reservabat intactum & sæpè tam diu ut vetustate putresceret. modum illum agendi carpenti socio; alteri, respondit, cupedias illas servo; quòd si dandi occasio defuerit nimio præstat corrumpi quàm à me indigno absumi. Solus carnibus vix unquam utebatur, cum aliis præparcè, & vitandæ singularitatis studio; gustare veriùs quàm comedere dixisses. victus autem quotidianus olera & herbæ aquâ maceratæ, quibus hoc lubentiùs vescebatur, quod eas stomachus fastidiret. Accedebant huic parsimoniæ flagellationes quotidianæ, crebra per hebdomadam

cilicia

cilicia, cingula ferreis cuſpidibus acuta, corporis per labores continua vexatio; abjectiſſimos avidiſſimè arripiebat. Spiritalium exercitiorum nullum prætermiſit unquam etiam occupatiſſimus, quin ſtatis horis examina conſcientiæ, canonicas preces, lectionem ſacram, meditationem in itineribus uſurpabat. quod ſi minùs per morbum liceret aliquid ex tractatu de conformitate cum voluntate divinâ curabat ſibi prælegi: ſanus & æger nullum diem intermittere viſus quin noxas confeſſione expiarit, dum Sacerdotis copia. naſcebatur ex eo orationis ſtudio ardens patiendi deſiderium. Solemne illi fuit dicere Itatinenſes miſſiones ſibi gratiores eſſe quod difficiliores. frequens illius animum pulſabat mortis pro Chriſto obeundæ cupido, propulſabat continuò tum quòd ſe tanto beneficio indignum agnoſceret, tum quòd mortis ſuæ genus æternæ relinquendum providentiæ putaret. magna ei cura detentarum in flammis luſtralibus animarum, pro quarum libertate ſupra preces quotidianas & ſpontaneas corporis afflictationes ſacrificium unum quotquot hebdomadis offerebat. Lethalis morbi tempore totus fuit in gratiis Deo agendis de præbitâ ſibi tolerantiæ materiâ. ubi mortis periculum advertit illud ſolum dolebat quod per Patris Man-

fillæ absentiam Sacramentorum usu frui non liceret damnum sarcire studuit frequenti Christianarum virtutum exercitio decimo & octavo Ianuarii vitæ suæ ultimo accitis juvenibus duobus Hispanis Societatem brevi inituris moriturum se eo die prædixit quod illud à Xaverio Patre ac Patrono optimo esset deprecatus. Sub tertiam crucem sibi olim à Reverendis PP. Capucinis dono datam petiit, cujus inter amplexus & ardentissima cum Deo colloquia suavissimè exspiravit. Annos exegerat in Societate omninò octodecim, quinque & triginta in vivis, in hac provinciâ non amplius octo, vitâ longiore dignus nisi Superis visum aliter foret. Obitus toti provinciæ ut damnosus ita gravis, Indis omnibus adeò luctuosus ut consecutam noctem in lachrymis & ejulatu transegerint. corpus postridie à duobus illis de quibus modò adolescentibus inhumatum Sacerdotis in veste, prout aliàs in P. Iacobi Ferrarii funere factum adverterant.

Cælestis animadversio in Societatis adversarios.

FVit in iis qui cum procuratorum authoritate ab adversariis nostris ad Senatum regium allegabantur quidam Villaricæ accola, acer

acer missionum oppugnator & Societati singulariter infensus. Is præter libellos famosos varia protulit commenta, quæ diluit in Senatu P. Diaz Tanio, ostenditque ex pugnantibus inter se criminationibus, nullo licèt propugnante seipsis concideret. Tum homo sui impotens indignatus videlicet sese tam clarè redargutum mille probra in Patrem deblaterat, quæ omnia quàm nullo veri falsive respectu objiciebantur tam facilè rejecta sunt: sed cùm nihilo minùs taceret furiosus impostor, præses, quique præsidi assidebant causæ cognitores, falsi jam iterato compertum silere jubet & è conclavi facessere. at Patri cujus erant admirati modestiam patrocinium suum amicis planè verbis obtulerunt. Ille gratiis humaniter peractis brevi futurum pronunciavit ut ne impunè tam graviter esset peccatum. Et verò prædictioné probavit eventus; nam procuratorum alterum febris pestilens ad extrema deduxit, alterum de quo jam agebamus mors inopina antè occupavit quàm Paraquariã attingeret, ne côcesso quidem spatio quo peccata confessione elueret. Sed neque miraculo caret quod adeò quidã de primariis factionis adversariæ fautoribus quamprimum nostros divexare cœpit, tam citò caligine sensit offundi oculis quæ sensim accrescens ad extremum in cœcitaté desinavit.

navit. Quæ Numinis animadversio tantò plus momenti ad res nostras attulit, quantò vir ille concitandæ adversum nos multitudini erat potentior nisi cœcitas damno isti prævertisset.

Caritas P. Francisci Dias Tanio.

INtereà dum sic turbant indigenæ nobilis quispiam famulum ad Senatum mittit famosis instructum commentariis, in quibus multa de sociis multa de reductionibus querebatur. Accidit autem (Deo ut interpretor eâ ratione suorum consulente incolumitati) ut famulus in animi deliquium incideret; quo factum ut à Comitibus ultrà præstolari nolentibus Barbarum planè in modum desertus sit. sed tandem ab viatore illac transeunte refocillatus in urbem traductus est. Re auditâ P. Franciscus ad ægrum advolat, humo jacentem nudâ offendit, inde in cubiculum translatum quâ potest ratione recreat, atque ut primùm ex morbo revaluit sine morâ suis sumptibus Potosium reducit. dici non potest quãtum ea caritas in vulgus probata sit, ipsum tamen adolescentem præ cæteris, ut par est, rapiebat in admirationem, qui jam redux in portum Boni aëris quæ sibi contigerant cum ordine narrasset omnia; enimverò nobilis vel in

hoste virtutem admiratus magnificis ubique verbis collaudabat, cum hac veluti exceptione quasi verò ea virtutis laus non tam Patris esset propria quàm Societatis cui aiebat solemnem esse vindictam malè merentibus benefacere.

Hostes Christianorum reductiones populantur.

REdeo nunc ad P. Iustum, qui cùm è Paraquariâ reverteret certior factus de P. Ignatii morte & hostiū adventu, postquàm & cives & gubernatorem Assumptionis hoc postremum edocuisset per litteras, recta ad suos contendit. Omnia turbaverat pavor, atque alii quidem in montium abdita sese receperant, alii in remotissimas citra flumen colonias, alii aliò diversi agebantur. Qui in urbe restiterant urgente metu propendebant in fugam; omnes spe suppetiarum confirmavit Pater. atque hos ne fugerent retinuit, illos aut reduxit in urbem aut ab iis locis revocavit per quæ transituros hostes compererat. Hi intereà antiquis reductionibus propinquabant, cùm ex comprehensis aliquot pabulatoribus intellexit Patres versus Assumptionis urbem con-

fugisse; Lusitanos verò ne se in periculum pro
piùs inducerent si ultra progrederentur, capt
retrocedendi consilio ad S. Crucis reductio
nem arcem construere in quam se suasque præ
das de more reciperent in tutum. Tenuit at
num infesta populatio, nõ hòc impunita quò
diuturna. Indi ex ipsis plurimi nec Lusitano
rum pauci vario mortis genere sublati. Cæteris
que digna notatu visa est merita sanè mors a
dolescentis transfugæ non procul Villarica na
ti, qui aggressus Caciquium nostris perquàm
amicum telo in oculum accepto redditoque
ab occipite mortuus illicò concidit. Atqu
hæc omnia ex hostibus captivis absque multi
ad nos transeuntibus accepimus. Speramus fo
re ut brevi præ virium imbecillitate exiguo
que suorum numero nihil admodum nocere
possint. Sed antequam ad alias reductione
transeam, operæ erit cognoscere quâ ratione
periclitantibus Neophytis cautum sit. Guber-
nator perlectis P. Iusti litteris, nihil ultra cun
ctatus ducem cum militibus decrevit qui ad-
versus hostem irent, quamquam has littera
non perinde omnes accepissent, vulgato à ma-
levolis rumore nuncium de Lusitanorum ad-
ventu à sociis esse confictum. quippe qui po-
pulum ab urbe & à legum æquitate abduxis
sent. Tum quo fidem mendacio facerent Pa-

tre.

tres duos mali totius authores nominabāt; sed hi (ut paulò post ex parochis aliisque cognitum) jam à mensibus septem eoque amplius è vitâ decesserant. Itaque sinister rumor evanuit.

CAPVT XI.

Reductiones & Missiones Paranæ & Vruay

DE fœlici fidei Christianæ incremento in reductionibus Vruay & Paranę actum sub finem anni 1634. Egregiè utrobique ad fidem & augendam & retinendam animati omnes tum antiquarum tum recentium reductionum incolæ. In his ad nonaginta quinque millia salutaribus aquis expiati, ex quo eas provincias ingressi Patres. magnus præterea Catechumenorum numerus, major eorum qui vel catechumenis accenseri vel euangelii facem in suas terras à sociis importari continenter flagitant. Non potui quin inde discessurus gratias agerem infinitas divinæ majestati, cujus singulari beneficio primus ille nascentis Ecclesiæ vigor & spiritus in media Barbarie refervescit. Quæ res multò mihi jucundior accidit cùm animum reflecto ad robustam

bustam sociorum patientiam, quâ hujus exilii
ne dicam an eremi, incommoda sic absorben
omnes, ut oculis in unam Barbarorum saluten
intentis nullum vel laborum vel inopiæ sen
sum percipere videantur. Quanquam magi
admiror altam illam animi demissionem, qu
viri ad magna alioqui nati atque apti, ad vili
hæc in speciem munia sese abjiciunt. In id au
tem defixa est præcipuè paterna Superiorum
providentia, ut si quem fortè molestiarum
(quæ & multæ & magnæ sunt) tædere incipiat
ab his continuò ad faciliora alia abstrahatur
Acceperam non ita pridem spem ingentis mes
sis affulgere circa reductiones quæ & cis &
trans montem del Tape extructæ sunt. Quar
P. Petro Romero istarum reductionum Su-
periori dedi in mandatis, duos è Patribus de-
cerneret qui & linguæ periti, & in cogendi
reductionibus diu exercitati, novas circum-
circa conderent, maximè verò in eam rem in-
cumberent ut una aliqua inchoaretur S. The-
resam inter & S. Ioachimum quod hæc ab illa
longiùs absit quam ut commodè sibi mutuo
auxiliari possint seu indigenæ seu Patres. O-
peram hîc suam & zelum egregiè probarunt
Patres Ioannes Suarius de la Serra & Francis-
cus Ximenez; quorum alter ex S. Iochimi e-
gressus, per vicinos montes excurrerunt uter-
que

e Indis aliquot comitantibus, qui gentium
ibuſcum agendum erat uſum aliquem ha-
bant. Innumera propè populorum multi-
do ſeſe explorantium oculis aperuit montes
:er & flumina. Benignè à Barbaris accepti
.tres invenerunt ad ſua conſilia paratiſſi-
os. Menſis in ea expeditione poſitus, quo
mpore Baptiſmus parvulis aliquot imperti-
s, atque etiam adultis quibuſdam periculo-
decumbentibus.

Interea dum hæc geruntur, navim ego con-
:ndo facturus vela verſus portum Boni aëris
i ſimul Provincialem exciperem, ſimul ali-
ıot Provincialis ſocios ſuppetias mitterem
ıraquarienſibus, qui (ut eſt apud Euangeli-
ım) concluſerunt piſcium multitudinem co-
oſam, & annuerunt ſociis qui erant in alia
vi ut venirent & adjuvarent eos. Iam in por-
navigabam cùm nunciatur Braſilienſes S.
ıuli accolas excurſionem meditari in pro-
nciam Vruay, ut, quod in provincia Guay-
na fecerant nuper, magnam inde vim capti-
rum abducerent. Conveni ſuper ea re quot-
ıot erant in Collegio Patres; Rectorem
ordubenſem, Gubernatorem provinciæ, a-
oſque Duces conſului per litteras. Cenſue-
ınt omnes vi eſſe repellendos, quando alia
.tio non ſuppetebat. quin imò Neophytos
ad

ad arma capessenda incitandos à Patribu
præsertim cùm non tantùm ageretur de in
larum libertate, fortunis ac salute, sed & pr
conum quoque Euangelii authoritas peri
deretur hujuscemodi populationibus ac lat
ciniis. Addebant insuper opportunum for
coadjutores duo belli experientes Barbaros
rudirent ad pugnam. Quod postremum val
aiebant plurimùm ad evellendam eam o
nionem quæ mirum quantum insideat aliqu
rum mentibus, Patres nimirum desertores e
& osores suæ religionis, genus hominum
gum atque iners, mera denique mendicabu
ut satis ex laceris omnium vestibus est colli
re. quare quidquid ab iis tantoperè agitur,
fieri, ut Barbari in reductiones coacti facil
in hostium potestatem veniant. Cultellos a
rem, acus, aciculas, hamos, & ejusmodi
culas nihil aliud quàm hamos esse quibus
miores illi incautos rapiant. His aliisque m
daciis fidem ut afferant nequissimi veterato
Patres sese esse mentiuntur, subinde assump
etiam Societatis habitu.
Atque (ut ad me redeam) eâ consultatio
habitâ, supererat constituta perficere. De
natus itaque ad Vruayenses animandos
cius meus Pater Franciscus Diaz Tanio, v
teranus & insignis operarius. Huic adjun
Ant

tonius Bernal & Ioannes de Cardenas am-
coadjutores & in re bellicâ, antequam
risto in Societate militarent, diu versa-
quapropter libera iisdem à me facta est
estas comparandi omnia quæ ad belli ap-
atum opus esse viderentur, hoc tamen
ninatim præcipiendum censui nimirum ut
imitaneis reductionibus opera ac munitio-
extruerent, sustinendis usque eo hostium
ursibus, dum ab interiore provincia auxi-
veniatur. Summum præterea Patri Fran-
:o in eas reductiones imperium dedi cum
ndato omnes perlustandi. Discessit is de-
ıâ quintâ Maii 1635. non sine vario armo-
n genere. Commodùm accidit id tempo-
symphoniacos reductionis de Tapua se-
ıdo flumine descendere, tum ut Procu-
orem exciperent, tum etiam, (quod a-
ndè consecuti sunt) ut eâ ratione Guber-
tori aliisque notum facerent quanto cum
eræ pretio in ejusmodi Barbaris erudien-
desudetur à Patribus. Symphoniacos re-
xit Pater eâdem quâ venerant viâ multò
nen quàm antè difficiliori. totas siquidem
ntum & octoginta leucas navigandum fuit
verso & increscente peregrinis aquis al-
o. vixdum tamen ex eo laborum ocea-
eluctatus fuerat homo navissimus; cùm
(ut

(ut ſtatim videbitur) novos reductionum la-
bores indefeſſo ac velut recenti animo aggre-
ditur.

Sed antequam de miſſionibus, juverit hi
notabiliora quędam abſcribere quę bono Pa-
tri acciderunt. atque ut nihil dicam de redu-
ctionibus ab eo coactis ad Chiriquanas, aut
de laborioſiſſimis itineribus quæ ad leucas to-
mille & amplius pedes confecit, luculent
ſunt hęc, nec reticenda divinæ in eum benign
tatis alioſque ope ipſius ſervatos argument
Receperat ſeſe fortè ex naufragio in modi
cam Vruayenſis fluvii inſulam ingens omn
ætatis & ſexus multitudo, Charricani omn
natione, religione gentiles. Inſula autem ſte
rilis omninò & cumulo arenæ quàm monti ſi
milior. nihil iſthìc quo vitam ſuſtentarer
naufragi, nihil quo ſe adverſus acerrimam
hyemem tuerentur. Placuit tamen divinæ bo
nitati ſervare miſeros in adventum Patris
quos ille poſtquàm fame jam propè confe
ctos, defectos viribus utcumque refeciſſet
tranſvexit in continentem. Ex duobus qui Ba
ptiſmo luſtrati propter morbi periculum, alte
vixdum ſacro fonte renatus deceſſit è vitâ.

Geminum hìc caſum ſubtexo, ſi tamen i
caſibus ea cenſenda ſunt quæ tam certa Numi
nis voluntate evenire conſpicimus. Ægrota
ba

ıt ſatis periculosè in vico quem vocant de
:rraderro vetula; jamque magno corporis,
ajore etiam animi diſcrimine, (erat enim
ntilis) reditum ad ſuos meditabatur: id ubi
rtè Patri Franciſco innotuit, ſine morâ ad
cum contendit itinere decem milliarium;
æcipua fidei noſtræ capita decumbenti pro-
›nit, aſſentitur illa, & prioris vitæ maculis
ıptiſmo ritè elutis continuò mortem obiit,
:atæ (uti confidimus) æternitatis iter in-
eſſa.
Aliàs cùm multo jam noctis iter faceret, In-
›s viæ comites ſciſcitatur quid illud ſit quod
overi procul videat: affirmantibus ſtruthio-
:m eſſe, motu interiori ipſe adactus rem pro-
ùs explorat. mox ut puellulam comperit,
mque quantum colligi poterat quadrimu-
m jumento quo vehebatur imponit & ad pa-
ım vicinum deducit. De parentibus fruſtra
infante, fruſtra ex aliis inveſtigatum. Bapti-
ıo itaque conditione, ut aiunt, expiata piæ
ıe mulieri commendata. Atque ut Dei pro-
dentiam admiremur, tantum aberat ut id
:atis puellula in viam aliquando rediret abſ-
ıe reductore, ut etiam poſteà cognitum ſit
iſerè interimendam grandinis ruinâ ſub no-
is extremum adeò pluit enormiter, ut lapi-
ıre audientibus crederetur.

Ejuſ-

Ejusdem propè generis est quod ex Peruvia posteà redeunti contigit. Dissolvebatur ut accidit ex longâ agitatione pera viatoria nec satis aptè ad jumentum hærebat. Huic componendæ pauxillum immoratus Pater, advertit abiisse jam ex oculis comites, ad quos cùm rectâ contendere promptum non esset, ipsâ nemoris spissitudine ac flexu prospectum adimente, brevi sic è via divertit, ut comites tantò celerius fugeret quantò citatiùs assequi conabatur. Itaque vesperascente jam die spe suâ frustrato subsistendum, atque ad ripam fluminis, quod dulce vocant, pernoctandum. Comites interea noctis conticinio freti sine morâ procedebant, cùm transituros ex improviso aggrediuntur fluminis Vermeyo accolæ: acriter ultrò citroque decertatum, his vitam adimere, illis retinere conantibus. Ad extremum tres è Patris comitibus vitâ & opibus spoliati. Quis hîc providam Patris cælestis indulgentiam gratus non agnoscat, qui manu plusquam Ariadnæa clientem suum per viarum labyrinthos & diverticula circumducens, morti fortasse, certè mortis periculo subduxit?

P.Christo-

P. Christophorus de Mendoça aliique pueruli in odium fidei à Barbaris occiduntur.

VBi rumor increbruit S. Pauli oræque Brasilicæ incolas adventare eo consilio ut è Tapensis provinciæ coloniis Christianos per vim abducant. P. Petrus Romero jubet P. Christophorum de Mendoça virum planè Apostolicum, Indisque percarum, missis S. Michaëlis aliisque quas coegerat reductionibus, ad periclitantes tendere, & quo rectiùs faciliusque prospiceret, iisdem cum imperio præesse. Pater ad parendum juxta promptus atque ad regendum factus, examussim omnia quæ jussa sunt explevit. Caciquios seu Duces constituit, exercuit omnes, atque ad tuendam æquissimam & cum fidei bono conjunctissimam causam animavit. Inprimis id ei curæ fuit ut Christianæ doctrinæ explicatione singulos ad fidem erudiret. Ejus zelo atque industriâ, Barbari frequentes adeò confluxere in dies seseque ad reductiones aggregavere, ut in primâ quæ instituta est lustratione, familiæ ad bis mille repertæ sint. Eodem authore reductio tota mutatâ sede migravit ad

aliam longè opportuniorem tum ad ignem lignatione tum ad victum piscatu parandum. Denique, ut paucis dicam laboribus suis planissimum fecit à Deo se electum ad salutem Barbarorum. His ad hunc modum institutis, affertur hostem (quem modò dictum erat adventare) jam fines ingressum, vastare regionem, domos expilare, quos posset captivos abducere. In hac incursione præ cæteris detrimentum passi sunt maximum IESV & MARIAE incolæ, quorum aliqui elapsi fugâ Patrem de clade certiorem fecerunt. Confestim ipse cum Patre de Mola atque omnibus suæ reductionis habitatoribus in viam se dedit Barbarorum populationibus, sed citra sanguinem si posset, obstaturus. Et fuit tanta eorum celeritas, ut latrones omnes improviso comprehenderint, prædâque exuerint. sed deprehendêre se, contra quam rati erant, cœpisse non alienigenas, sed populares suos fidei Christianæ infensos, qui ad prædas, Christianosque Brasilis in captivitatem tradendos convenerant. In reos non aliter animadversum quam adhortatione piâ: cujus ea vis fuit ut ipsi rem indignam humanâ ratione se admisisse fassi sint, qui tam inhumaniter cum popularibus gentilibusque suis egissent. Cæterùm eos cum familiis traducendos in Paranam censuere Patres, tum eò

ut

ut ſenſim ac pedetentim perducerentur ad fidem, tum ut ſibi ſecuritatem ab eorum machinationibus pręſtarent donec omnis circum tumultus reſediſſet. ſed enim timebatur ne ſi dimitterentur in perniciem Chriſtianorum poſtliminio redirent ad ingenium arteſque ſuas. Maximâ verèque Chriſtianâ caritate excepti ſunt à Paranenſibus Chriſtianis, & à Patribus inprimis quorum ſumma ſedulitas eluxit in curandis omnibus quæ ad devinciendos advenas neceſſaria eſſe viſa ſunt. Ceſſitque ad eorum ſententiam & incredibilem Chriſtianorum voluptatem. brevi latè fama vulgavit Patrum charitatem & in tuendis adverſus hoſtiles impetus reductionibus, ſollicitudinē. Quo factum ut ingens Indorum fidei & humanitatis adhuc expertium multitudo concurrerit. Pars auditorum exploratura fidem, pars ſeſe in communem vitæ Societatem aggregatura, pars aliquem poſtulatura è Patribus qui ſe ſuoſque religionem veram dignoſque hominibus mores edoctum veniret. Verùm Patres quoniam id à moderatoribus præſcriptum non eſſet ipſique parvo numero cenſerentur, ſpe plenos dimiſerunt. dederunt tamen operam ut viciniſſimos quoſque & maximâ pollentes authoritate ſibi demererent. deſudatum autem inprimis multùm magi cujuſdam per-

celebris causâ cui nomen erat Yeguacaporus. hic ſibi latè divinitatem, debitamque Deo venerationem arrogabat, jactitans ſe terræ cælique conditorem, ac proinde ſerenitatis, pluviæ & tempeſtatum potentem, atque adeò vitæ ipſius mortiſque arbitrum. Duabus potiſſimùm de cauſis ejus ſibi conciliandi conſilium iniere Patres: prima erat quod adductum ad meliorem frugem alii plurimi ſecuturi eſſent ob magnam hominis apud omnes æſtimatiotionem; altera quòd eum inter & hoſtes non obſcura intercederet conjunctio. Hinc illud metuebatur, ne ſi ipſe cum ſuis ad eorum partes tranſiret copias inimicas uſque eo augeret quibus reſiſti non poſſet. Et hæc non Patrum modò ſed etiam ipſorum convenarum ſententia fuit. Caciquius Reductionis IESV & MARIAE de primis unus Antonius nomine operam ſuam ultro obtulit, ſeque cum mago acturum recepit. fuerat hic olim magi neceſſarius cultorq; ſacrilegus cum cæteris, priuſquàm Chriſtianis ſacris initiaretur. Probata eſt omnibus viri promptitudo fides, notaque prudētia. Ergo probè & à verbis & à muneribus inſtructus quibus magum ad nefaria conſilia patefaciēda (nullâ interim de Patribus mittentibus mentione factâ) pelliceret, diſceſſit, domeſticis ſolis & ſubditis comitantibus. Exceptus eſt ut

Colo-

Coloniæ transfuga, ſtatim de Patrum doctrina interrogatus ad ſingula reſpōdit accommodè. Simulavit præſtigiator nequam (quæ eſt gentis indoles & aſtutia) ſibi reſponſa doctrinamque probari. Hinc Caciquius adduci ſe paſſus eſt ut à quibus & cur veniret exponeret; adderetque Patres & Chriſtianos omnes magno teneri deſiderio ejus apud ſe videndi atque ut dignus erat excipiendi. hîc ſceleſtus quam preſſerat malitiam aperuit, & fore dixit ut caveret ne ad eos adiret, juratos nimirum hoſtes ſuos qui planè abhorrētem à vero & ab authoritate ſua doctrinam ſuaderent. Contra ſibi in animo eſſe Patres vicinos de medio tollere, quo alii omnes tremefacti procul à regione profugerent. Subinde conatus Antonium eò impellere, ut ipſe Patres mactaret, ſed non perpulit alia omnia ſentientem, reſpondentemque Patres nec ſibi nocere nec ſuis, ſed prodeſſe maximè præceptis ſaluberrimis quibus populus aliàs inhumanus, humanitatē doceretur. Magus Caciquii ingenio conſtantiâq; perſpectis inſtitutum ſermonem convertit ad alia quo mentem nefariam melius occuleret. At verò Caçiquius advertens fruſtra ſe iſthîc eſſe ſatque habens magi introſpexiſſe conſilia revertit ad P. Chriſtophorum, cui cæteris diſſimulatis retulit ſolùm eâ vice non proceſſiſſe rem, ſed altera

forſan magis ex ſententia proceſſuram. At Pater editæ in Guayra Braſilis ab hoſtibus ſtragis memor, & vicem gregis ſui ſollicitus ne quid ſimile obveniret, non remittebat laborem, noctes inſomnes exigebat, totus erat in ſuis adverſus inimicorum rabiem muniendis. ad fluvium uſque Tibiqnarium profectionem adornavit, amicitiam cum incolis initurus, ejus rei causâ ut hoſtem aditu ſuorum finium prohiberent. Expoſuit ejus improbitatem, tyrannidem, periculum etiam à quo ipſimet liberique propè abeſſent. Quâ in re Eliacim Sacerdotem imitatus eſt de quo non abſimilia leguntur Iudith 4. Tunc Eliacim Sacerdos magnus circuivit omnem Iſraël allocutuſque eſt eos & univerſos per quos viæ tranſitus eſſe poterat, ut obtinerent aſcenſus montium per quos via eſſe poterat ad Ieruſalem & illa cuſtodirent ubi anguſtum iter eſſe poterat inter montes ne darentur in prædam infantes eorum & uxores in diviſionem & civitates eorum in exterminium & ſancta eorum in pollutionem, & fierent opprobrium gentibus. Perhumaniter acceptus & auditus eſt P. Chriſtophorus non ſine magno animorum motu Adhortationis fructum mox ſubjiciam. Ad hæc intellexit alibi periculoſiorem aditum eſſe qua poſſet hoſtis irrumpere. Vallis erat populo frequens juxta

juxta fertilisque, unde jam indigenæ Reductionem IESV & MARIAE adierant postulaturi ut Patres Euangelii sementem ad suos inferrent, designarent loca reductionibus templisque extruendis opportuniora. Expensâ itaque rei gravitate perspectoque periculo quod isthinc ab hostibus imminebat, si videlicet ii locum gentisque frequentissimæ amicitiam occuparent; spe etiam uberrimi animorum proventus affulgente, negotium Deo majorem in modum commendavit, statuitque eo tendere cum indigenis aliquot quos Patriam revisendi cupido incesserat: sed cum instare in via periculum à grassatoribus audiisset, rem contulit cum Patribus viciniorribus, quorum omnium sententia fuit videri ad Dei gloriam ei proficiscendum esse: nec verò tantùm subesse periculi cùm aliàs quoque Patres Franciscus Ximenez & Ioannes Suarez iter idem executi fuissent littore montibusque Tiriquario adjacentibus innoxiè peragratis: tum deinde posse eum instructissimos quosque ab animo & convenas sibi comites iungere. His confirmatus, ex reductione IESV & MARIAE discessit tertiâ post Christi redivivi festum luce, octavo Aprilis anno 1635. ut ventum est eo loci, ubi plus periculi poterat esse (loco nomen Ibia) processere ei obviàm incolæ ne mini-

mam quidem proditionis præ se ferentes speciem, contra magnis benevolentiæ indiciis syncerum animum mentientes. Causam sui adventus declaravit Pater, atque ex occasione de fidei mysteriis verba fecit, ægrum qui propè à morte aberat aquis lustralibus tinxit. placuit omnibus hominis comitas & agendi ratio. Petiere essetne isthac reversurus, & spopondere se suosque omnes conventuros ad eum audiendum frequentandumque locum quemcumque coloniæ ducendæ assignasset. Posteaquam suaviter & fortiter omnes animavit, & aliquos munusculis donavit quæ isthic in pretio sunt, persecutus est institutum iter, diei spatio cursus metam adeptus est, ibique non minoribus acceptus vel lætitiæ vel benevolentiæ significationibus. Egit cum indigenis zelo ingenti de salute tum animi tum corporis, periculosam cum Brasilis familiaritatem esse ostendit, rationemque edocuit qua eorum nefarias artes possent à cervicibus suis repellere. commoratus est apud eos ad 22. mensis ejusdem, & Euangelicæ sementi cupidos animos præparavit.

Interea dum P. Christophorus vitam immortalem huic genti parare, mortalem tueri pro virili nititur, parte aliâ ipse ab Indis Ibiensibus destinatur ad mortem. In eam conjurarunt

runt magno numero Barbari, Caciquii, Venefici, atque inter cæteros celeber præstigiis quidam Tayubay, qui etiam aliàs Patri reductionem Sancti Michaëlis del Estecho molienti se infestum præbuerat, sed ipse illius æstimationem apud Indos sic elevavit atque convulsit, ut fuerit aliquando cùm Patri captum sisterent pro comperta improbitate plectendum. Sed eum non exacerbandum pœnis verùm officiis demerēdum censuit. Ergo conclusum cubiculo comiter & amicè diem unum habuit, altero clam inobservatus præstigiator evasit, & in Caaquam profugit. ibi ne perinde ut priùs tractaretur, in Patres palam invehi cœpit velut in eos qui pacem pristinam turbarent, qui factionibus in semet Indos armarent, qui probatas majoribus & consuetas libidinis voluptates damnarent, vetarent, proscriberent: verbo ejus omnis eò spectabat oratio, ut auditores ad perdendum Patrem impelleret. Verùm quòd vir alienigena nec maximæ authoritatis esset haud multum promovebat. præsertim cùm ipsi nostrorum in se merita non parva faterentur, & Patris Christophori benevolentiam atque humanitatem non vulgarem experti essent. Abiit ergo de eadem re ad insignem illum, de quo supra, Yeguacaporum, magum qui ceu Numen Indis

dis latè venerationi erat. Hic re intellectâ tam opportunâ Christianorum de medio tollendi occasione lætus], arcu sagittam intorsit, quod est genti solitum bilis captique consilii indicium. Iussit illicò multos alios Caciquios & veneficos exquirere & comminisci rationem quâ scelus conceptum exequi possent: quod illi facinorum non segnes sterilesve, tygrium instar humani sanguinis avidarum brevi expleverunt. Hęc inter Christophorus suorum mentem excolere spe magnâ & argumentis optimis futurę messis uberrimæ pergebat. 23. Aprilis distributis munusculis, ut acubus, hamis, aciculis, sphærulis vitreis, quibus raritas pretium indit, valedixit, omnibus discessionem ægrè ferentibus. Magnis ipse incedebat lætitiis tum quod seipsum consuetudinemque suam acceptam præstitisset, tum quod Deus laboriosum juxta ac periculosum iter fausto progressu & pulcherrimæ messis spe remuneratus esset. Verùm non messuit ipse has fruges, sed rigavit solùm. Placuit enim divinæ providentiæ præteritis laboribus jam divitem à futuris absolvere, pridemque expetitam offerre martyrii occasionem, quâ sanguinem fundens, vitam clauderet exitu non minùs aliis utili quàm sibi glorioso. Erat sylvula propè à via quâ transitum Patri fore impia veneficorum cohors

ors acceperat. hîc jam insidias struxerat, expectabatque. At ne vel auditione, vel mutaione cōsilii falleretur, allegavit certum homiem à quo Pater velut ad exoptatum diu coloquium invitaretur. Transmiserat ipse Ibiam mnem cum paucis Indis, eorum enim quos ecum adduxerat, pars non reditura cum paentibus remanserat, pars nullum in regressu ericulum verita tantisper hæserat mox securа præeuntem. Vt ventum est eò loci ubi laebant insidiæ, cùm pluere cœpisset, alii conitum ad arcendam pluviam ramos deducere casas struere opere subitario, alii ad ignem cuinamque ligna cædere. Dum inferunt pedem in sylvulam, detegunt insidias. arma non comportarant. Ergo magnis clamoribus Patrem admonentes periculi, præeunt ad fugam. at verò Pater re intellectâ, reliquos socios ad pugnam hortatus est, ut dum insidiatoribus obsisterent, interim catechumeni aliique securi in vicinos montes evaderent. Prodeunt è latebris Barbari, ultrò citroque, sed non ex æquo tela torquentur. statim ipso pugnæ principio quemdam è suis, baptismatis adhuc expertem advertit Pater ictum esse, cui dum consultum cupit, ipse se in vitæ discrimen infert. citato equo tendit ad fluvium unde promat aquam læso comiti ritè lustrando. at equus ita se in li-

mum

mum induit atque immersit, ut nec progred
nec regredi posset. Ergo sessor exscendere co
actus est. Tum enimverò, si quando aliàs ex
celsus viri animus patuit. Velut vitæ securus
certè quidem contemptor impavidus ad ho
stem redit, atque id habens exploratum unum
se tot telis peti, adstantem ad latus Indum u
fuga sibi consulat monet, ligneaque ejus parma brachio inserta, solus hostilem impetum sustinere nititur usque eò dum se comites omnes in tuta recepissent Tum alii rabidorum instar luporum circumcursant, at Pater scutum quod non tam suæ quàm sociorum vitæ tuendæ sumpserat, multis pertusum locis & semifractum posuit & nudum se morti objecit intrepidus. Nec mora trajicitur telis, restitit tamen in pedes, at veneficorum unus à tergo adorsus pileum excussit, mox alter vecte verticem graviter impetiit, tertius gravem ictum in frontem impegit, sicque succubuit Pater geminis præterea sagittis humeros trajectus. Quamvis autem trucidatum jamque demortuum arbitrarentur Barbari, tamen ne fortè fallerentur, ictus certatim congeminavere. Fuit veneficus, qui trophæum reportaturus aurem ei amputavit, exin detraxere vestes, atque inter spoliãdum repertam Christi crucifixi effigiem de collo pendulam mille sannis & blasphemiis
onera-

neravere. post cùm densus imber caderet re-
cto Patre ceu mortuo recedunt latis secum
artyris & duorum adolescentum Missæ in-
rvire solitorum vestibus, redituri postero die
d cadaver secto ventre comburendum. Ea e-
im est superstitio, ut homicidam simili nece
ccubiturum credant nisi defuncti ventrem
uāprimum disciderint. Iacuit semivivus Pater
d multam noctem suo in sanguine, palustri,
ædoque loco, sub cælo pluvio. sic visum Deo
d gloriam coronamque servi sui ampliorem.
andem peculiari Numinis providentiâ sibi
edditus solumque se advertens, erigit caput
ruentum hinc ob abscissam aurem, inde ob
ajectum ad oculum usque sagittâ tempus. In
edes se vacillans tollit aciemque circumfert
xploraturus an è suis quempiam deprehēdat.
ū n progredi non posset, proreptat vestiga-
undus locum tectiorem in quo tantisper qui-
scat. sed mox deficientibus viribus frigidam
humum frigidior ipse procumbit. Quæ re-
quam noctem miscuerit cum Deo collo-
uia quos heroicarum virtutum actus exer-
uerit, quo se divinæ gloriæ & charitatis ardo-
e obtulerit ad majora subeunda, faciliùs in a-
imo quisque secū quam in charta scriptor ex-
resserit ut primùm illuxit dies à martyris glo-
ia quàm à sole clarior futurus, redeunt Barba-
i, sanguinis nondum restinctę siti facturi satis,
simul-

ſimulque ſuperſtitioni ſuæ. Cum eo quo deſti
tuerant loco non reperirent redivivum puta
runt. Sanguineis interim inſiſtentes veſtigi
uſque inſecuti ſunt, dum proſpexere jacen
tem in uligine. huc curſu contendunt, erigun
in pedes tremulum non animi ſed virium im
becillitate, cum exprobrationibus & ludibri
frequentant illud, *Yro oroyuca imbæ tacupæ tup*
hoc eſt, putas te à Deo tuo poſſe noſtris è ma
nibus eripi? quibus martyr magnâ manſuetu
dine & conſtantiâ reſpondit, ſcire eos qu
mente in Indiam tranſmiſiſſet, videlicet ut eo
Dei filios efficeret, à quo permiſſum foret u
ipſe majoris ſui boni causâ ſic ab iis tractar
tur. Tum de fidei veritate diſſerere exorſus e
eo animo atque efficaciâ, ut præſentes tun
Indi retulerint viſum eſſe Patrem Chriſto
phorum licèt ſeminecem non minore tunc v
gore quàm aliàs concionatum Adhæc impo
tentes iræ venefici ſilentium imperant. non pa
rentis os malleo tam graviter tundunt, ut de
tes pænè omnes è mandibulis excutiant, q
poſt ab adoleſcente miſſæ miniſtrare ſoli
collecti & relati ſunt. Proſtratus eſt his ict
bus Pater, ſed nihilo timidior, erecto vul
verba facere inſtitit. pergunt & carnifices in
petere. at cùm Martyrem neque verba neq
vita deficerent, rati ipſi communiter non po

ė eum in patenti campo emori efferendum in
nontém cenſuerunt. Itaque tranſverſo ligno
mpoſitum raptant in vicinum clivum. ibi ſeu
ommiſeratione aliquâ tacti, ſeu (quod ſimi-
ius vero) Patri comburendo domunculam ex
tramine conſtruunt. feciſſent id fortaſſe ſeriùs
iſi Pater redintegrato ad dicendum fervore
elut à cunctabūdis mortem extorſiſſet. Cùm
nim finem non faceret fidem commendandi,
ruciatus quos in corpore pateretur præ iis
uæ daturus eſſet Deus animæ gaudia, con-
emnendi, vim quam ipſi inferrent elevandi,
urore accenſi Barbari naſum ei auremque al-
eram præſciderunt. Neque idcircò deſtitit
Pater dicere, nec illi furere. Ergo labrum u-
rumque amputant. proſequitur orator invi-
ctus. tandem ut ei ſilentium imponāt, linguam
er cæſas ſub mentum fauces revellunt. Tum
iffindunt pectus, atque ab eo continua-
am ſectionem ad ventris ima deducunt. In-
er hęc cruciamenta Chriſti pugil ſemper ocu-
is in cælum patriam ſuam intentus hæſit, donec
d extremum per latè patens vulnus magnam
nimam Deo reddidit. Nondum exſatiati ve-
efici cor & inteſtina evulſerunt hæc ſæpè in-
erentes, videamus nunc an non ſit moriturus.
Hunc ſortitus eſt exitum Pater Chriſtophorus
.horâ diei 25. Menſis Aprilis anno poſt Chri-
ſtum

ſtum natum 1635. ſacrum corpus cremare con-
tenderunt omni ope interfectores, ſed fruſtra
ſive quod viridi ligno & à pluvia madido ute-
rétur, ſive quod id Deus conſervatum vellet ad
ſervi ſui fortitudinem & memoriam commen-
dandam, ſive ad Barbarorum teſtandam cru-
delitatem. pertractum igitur in clivum ad ri-
vum vicinum devolvunt; ſubinde ad paratas
epulas digreſſi, adoleſcentes duos Patris co-
mites patriâ feritate devorant.

Vt hæc cædes Reductionibus de las Sierras
ſeu montanis innotuit, maximum Indis omni-
bus dolorem attulit Patris optimi amantiſſi-
mis. ſtatim fuerunt qui ſumptis armis in car-
nifices ultionem molirentur, ſed à Patre Mo
lâ prohibiti ſunt ne quod ab hoſte numeroſo
& exſpectante infortunium acciperent At non
perinde ubique cohiberi potuerunt. accepto
hoc nuncio S. Michaëlis incolæ dolore irâque
perciti Duce Caciquio oppidi Principe dant
ſe in viam. Fuerant hi fidei myſteriis à P. Chri-
ſtophoro prmùm eruditi. Quacumque Caci-
quius ille cum ſuis tranſiit reductionum inco-
las ad facinus ulciſcendum accendit, breviqu
mille quadringentis commilitonibus auctu
eſt. Inſtitere apud eos precibus Patres uti ma-
nus ab interfectoribus abſtinerent & Patri
ſolùm cadaver referrent, remiſsâ juxta De
præce

præceptum offensâ; tantum potuere hæ preces, ut nihil se contra facturos receperint. sed ipso hostium furore, aut verius justâ Dei vindicis severitate factum ut in sontes desævire coacti sint priusquam ad cadaver pervenissent, hostis de adventu monitus occurrit infestis telis. Inclamavere Christiani non alterius se rei causâ venire quàm cadaveris efferendi. At Barbari per ludibrium laceræ Patris tunicę frusta ostentantes: jam mortuus Pater ille magnus vester (sic nostros appellant) jam mortuus est; an huc venistis ut vestra cum ejus ossibus ossa jungantur? tum in Christianos impetu toto invehuntur, qui ad vim vi repellendam adducti tam strenuè se gesserunt, ut multis interemptis, non paucis captis reliquos fuderint fugarintque. sed coactis rursus copiis numerosiores quàm priùs reversi ad pugnam, Christianos non sine manifesto discrimine circumdant. Eluctati sunt tamen nostri, & coronâ illâ hostili perruptâ hostes ipsos vicissim conclusere. Cæsi sunt ex iis plurimi, atque ii ferè omnes qui Patrem interemerant. Capti etiam complures, inter cæteros sceleris author Tayubay qui ad Caciquiũ Ducem ductus postquam hujus jussu cędis locum indicavit, meritas dedit pœnas. hîc, inquit Caciquius, ubi Patrem meum, bonum

omne & ſolatium meum morte affeciſti ſcele-ſte, tu quoque moriere. dixit, ſimulque clava in caput impacta mactatum humi porrexit. Mirum autem illud & miraculo ſimile videri debet quod in hiſce duobus certaminibus contigit, pauciſſimos ex Chriſtianis læſos fuiſſe ſanatoſque poſt breviſſimo temporis intervallo, licèt quidam telis tranſverberati forent. Ergo victores ſacrum corpus eductum è rivo, linteoq; mundo involutum ad IESV & MARIAE coloniam retulerunt. Ibi à quatuor è noſtris in eam rem convocatis magno doloris ſenſu, magnâ Indorum comploratione exceptum eſt. mox amoto linteo, lachrymæ omnibus expreſſæ uberiùs, cùm vulnerum immanitas, & ſævitia Barbarorum ob oculos poſita eſt Elatum eſt ſacrum pignus ab iiſdem Patribus, & in templo loco decenti ſepultum. mœrebant ipſi ſimul & gaudebant, & pariter gratulabantur, ſpem interceptam querebantur, nec non ſperabant maximè martyrem in cælo cumulate precibus penſaturum fructus quos in terris rei Chriſtianæ afferre potuiſſet.

Natus erat P. Chriſtophorus de Mendoça in urbe S. Crucis de las Sierras, nobiliſſimis parentibus & qui primi Regi Catholico eos tractus ſubegerant. Patrem habuit provinciæ gubernatorem. Erat ei nomen Roderico priuſ-

quàm

quam Societatem iniret, at postmodum pro amore quo in Divum Christophorum ferebatur eo nomine appellari voluit. Porrò ut ne consilium ingrediēdi Societatem & saluti Barbarorum studendi exequi prohiberetur, clanculum è patria profugit ad nostros in Paraquariam. Iam inde à tyrocinio magna dedit exempla vitutum, inprimis autem despicientiæ sui quam ad martyrium usque in amoribus & deliciis habuit. Erat in consuetudine comis & adversus egenos singulariter affectus. Commovebatur intimo commiserationis sensu si quem miserum cerneret, & quoad poterat, opitulabatur. Impulit eum suus hic in miseros amor ut sese moderatoribus ad missiones obeundas offerret. Iam viri ingenium, industria, zelus Apostolicus, & ad sacram hanc expeditionem accommodatissimus innotuerat. Itaque ad excolendum Guayræ tractum adhibitus est, in quo dici vix potest quantos labores exhauserit. Principio navavit operam Patribus qui in coloniis jam dictis elaborabant, sed moderatores virtutibus ejus, tum in linguarum usu, tum in reliqua cum Barbaris consuetudine aliisq; dotibus magis in dies perspectis, provinciam Tingaü excolendam & collectis sensim Indis frequentandam ei assignarunt. Nec hisce finibus claudi zelus Christo-

phori potuit. Duxit alteram quoque coloniam ad fluvium Yneay quam S. Pauli nomine indigetavit. Ad hæc plurimùm juvit in ſtabiliendis aliis quas S. Michaëlis, S. Antonii, & Bityruñam vocant. Ac niſi Braſilienſium S.Pauli accolarum crudelitas obſtitiſſet longè plures reductiones fundaſſet. tantus erat viri indefeſſi animus, tanta indigenarum in eum licèt nunquam antehac viſum propenſio. Nec ſolùm reductionum novarum acceſſione, capitum propè innumerorum ſacrâ luſtratione, prꝗceptorum Dei traditione zelum ſuum probavit, ſed & conſervatione jam partorum. Veterum reductionum incolas plurimos è Braſilienſium vinculis liberavit memorabili non minùs animi magnitudine quàm pietate. Eluxit inprimis hæc animi amplitudo atque excelſitas, cùm Braſili expilatâ vaſtatâque magnâ provinciæ parte ad reductiones caſtra poſuerunt. Tum enim Pater eos intrepidus adiit, rogavitque ut Chriſtianos matrimonio junctos vinculis abſolverent, neu pergerent atrocem ei quem Deum agnoſcerent inferre injuriam. Reſponſum nullum niſi arcubus ęneiſque fiſtulis datum. Comites Patris partim læſi partim occiſi. ipſe ſagittas binas jugu lo excepit interiturus haud dubiè, niſi vitam miraculo prorogaſſet Deus, ad tot hominum poſt ſalutari

bu

bus aquis tingẽdorum salutem. Porrò factum est ut florentissimis Vruay & Tapuæ provinciis, quas Brasili excursionibus & latrociniis infestas habebant, relictis; coloniæ in interiorem regionem traducendæ fuerint, uti dictum in annuis præcedentibus. Ad memoratas Patris Christophori virtutes accessit erga detentos in flammis piacularibus pietas singularis. Earum liberationi missas, orationes, corporis afflictationes, sua opera consecrarat omnia, consecrabatque quotidianâ praxi. Orationem de S. Syndone donarat sermone patrio, discendamque memoriter à pueris in ludo litterario & quotidie lecto rosario recitandam curarat. Dici nequit quanti religiosam vocationem & Societatis institutum faceret. hinc dabat operam ut in reductionibus etiam nunc primùm coactis, consueta Collegiis vivendi ratio servaretur. Diebus Sabbathinis ibat ad templum cum pueris aream verrendi causâ quod in Collegiis id fieri solet. signum dabat campanæ pulsu ad meditandum & conscientiam examine discutiendam perinde quasi non solus ipse sed domestici plures adessent. Iam regularum observantiarum curam habuisse maximam vel inde colligas, quod sibi aliisque Patribus regulas Sacerdotum quas impressas non habebãt exscri-

 pserit,

pſerit, ut ex præſcripto ultimæ ſummarii eas relegere poſſet. Solebat in quavis reductione pueros ſeneſque inutiles cogere utroſque ut veſtiret& aleret. Hæ vigilãtis interdiu curę erant, hæc noctu ſomnia dormientis. Fuit cùm per quietem nocturnam pauperem nudum ad fores imaginatus, è ſtrato ſe proriperet tunicamque ſuam projiceret. manè diu quæſitam tandem præ foribus jacentem invenit. his & hujuſmodi ſanctis exercitationibus idoneum ſe nimirum reddidit ad gratias & dona ſpiritalia in dies uberiora recipienda: donec tandem divina munificentia cæleſtibus opibus jam gravem, martyrio, hoc eſt beneficiorum quæ hîc ſperari poſſunt, maximo cumulavit.



CAP

CAPVT XII.

De iis quæ in Reductionibus Montanis, vulgò de las Sierras & speciatim in IESV MARIAE *contigerunt à morte Patris Christophori de Mendoça.*

VENEFICI regionis, cui Ibia nomen, tantum ex morte Patris Christophori hausere gaudium, ut brevi mœrorem omnem de suorum nece absterserint. in animum scilicet induxerant suum, socios reliquos hoc veluti duce sublato arma projecturos campoque cessuros. sed longè aliorsum res evasit quàm speraverant: quippe sanguis martyrum uti semen est Christianorum, ita Christi pupiles ad acriorem excitat pugnam spe similis potiundæ victoriæ. Haud diu post vivere desiit Yeguacaporu magus inter omnes nobilissimus quem pro Deo habebant. Illius morte turbati sunt supra quam dici potest, non tamen animos desponderunt. Clam obitu habito per omnem latè regionem spargunt agere

ſeriò cum ſuis Yeguacapori de Patribus radicitùs extirpandis; quod ut faciliùs crederetur, magiſtro ſuo dæmone dignam omninò fraudem commenti ſunt. ſacros Chriſtianorum ritus imitari per omnia contendunt, templa exſtruunt, in quæ veluti ad habendas conciones convocarent plebem, certam baptizandi formulam concipiunt impoſitis etiam nominibus veræ ſociorum ſimiæ. Addebant ad hæc terrores: impendere Chriſtianis omnibus exitium, jam tygrides aliaſque belluas præferoces à ſe viſas mox in reductionum ſtrages immittendas. Alias item chymeras ſe conſpexiſſe, quas ad terrorem hoc depingebant modo. In imis terræ viſceribus commorari, magnitudine immani, horrendâ formâ armorum vice columnas lapideas prægrandes manibus geſtare quibus hoſtes ſuos eminùs confodiant. Atque ut his figmentis aliquam veri facerent ſpeciem voces quæ in montibus, ſylvis, rupibuſque refractæ redduntur, iſtorumvoces eſſe monſtrorum, jamque ſuos expectare nutus. Horum authores Chemboarti, illuſtris incantator, Yeguacapori Pater, aliique duo Yaguarobi & Vapiri qui ſe nominatiſſimum magum, olim à Chriſtianis interceptum jam vitâ functum ac redivivum mentiebatur; ex quo tantam ſibi inter ſuos opinionem conciliavit ut ingens illius

llius farinæ hominum numerus se ipsi tanquam discipulos adjungerent Hos inter maleicus fuit giganti similis, informis planè & horibilis qui se Soli, Lunæ, cæterisque astris imperitare venditabat. Alius se tygridis formam nduere pro arbitrio jamque multos (eos qui asu à tygridibus perierant designabat) devorasse se jactitabat, atque adeò brevi Christianos omnes ac priùs socios eosq; qui templum urabant perditurum. Tertius bellua veriùs quàm homo à dæmone agi videbatur, nullo lio quàm humanæ carnis pabulo usus; hic Patribus cruentam intentabat necem. ejusmodi veneficos duodecim primarios magna Barbarorum colluvies non minùs septingentis equebatur. Initio quosvis obvios fideles juxta ac infideles nullo delectu vorabant: at veri- i ne sic exacerbatis horum animis sese Christianis adjungerent, solos à se peti cum Patribus suis Christianos divulgarunt. ut à reductionibus populum avocarent, huc illuc sparsi eorum discipuli vicatim cantantes saltãresque circumcursabant, Christianis interitum denunciantes. Hinc factum ut multi præ timore diffugerent, & rari jam in oppida è vicis ventitarent. Pater qui reductionem curabat viso permultas negligi deserique casas sciscitari complures quid causæ subesset; at illi nihil aliud

aliud quàm ideò ſe per montes & avia vagari quòd corruptâ anni præcedentis meſſe, nihil oppido annonæ ſuppeteret quo vitam tolerarent. Hæc rerum penuria in hiſce regionibus non inſolens faciebat ut reſponſioni acquieſceret Pater. ſub id tempus appulit Pater Franciſcus Diaz, quem adverſo Vruay flumine navigantem ſuprà reliquimus. Is luſtratis ex mandato reductionibus illis ubi ad tres poſtremas ſanctorum Chriſtophori, Annæ, & IESV MARIAE pervenit, comperto incolarum numerum domorum multitudini longè imparem eſſe ſiniſtri quidpiam ſuſpicari cœpit, & ſuſpicio aucta eſt vehementer cùm die quodam Indum deſertam caſam diſtûrbare ac ligna in domeſticum comportare fócum conſpexit. Quare diligentiùs obſervare omnia, inquirere ſedulò quid tantoperè imminutus foret incolarum numerus; cùmque nihil erueret, blanditiis primùm deinde muneribus, aciculis, hamis, acubus aliiſque hujuſmodi crepundiis magni apud eos pretii, arctiùs demereri animos contendit. Eâ liberalitate vulgatâ turmatim redibant ad oppidum ſpe munuſculorum allecti, quos Pater ſciſcitabatur num ſuam agri portionem excoluiſſent. Negabant illi inſtrumentorum inopiam cauſati, quod uſu detrita jam eſſent

vel

racta. Vbi hanc miserornm penuriam bonus Pater advertit, satis gnarus Euangelii fructum x agricultura magnam partem dependere, omnia instrumentorum fragmenta ad se comportari imperat, ac licèt nunquam anteà ejusmodi artem exercuisset, opus ignotum Deo fretus aggreditur. Omnia ferrariæ officinæ construendæ necessaria ex Boni-Aëris advexerat secum, eâ mente ut fabrum è Parana advocaret;at cùm in mora foret periculum, compactis ritè follibus novis, & ferrariâ officinâ instructâ totos se dies fabrili operi tam utiliter impendit, ut exiguo temporis intervallo secures omnes ac ligones egregiè repararit. Ea res sociis in orbe hoc novo degentibus non insolens est, ubi Barbarorum non modò in spiritu Patres, sed etiam in omnibus ad humanam vitam spectantibus sunt veluti pædagogi: nunc ligna ad construendas ædes sacras cædentes videas, nunc fenestras, ostia, cæteraque omnia fabricantes. hic sartoris, sutoris alius munere fungitur. Quidni ergo cum Apostolo viri Apostolici dicāt: *Laboramus operantes manibus nostris?* scitis quoniam ad ea quę mihi opus erant & his qui mecū sunt ministraverunt manus istæ, quoniam sic laborātes oportet suscipere infirmos. Exultabant Indi præ gaudio cum instrumenta sua scitè reparata cernebant simulque artem illam

illam nec visam nec auditam antehac, attonit mirabantur. ubi hujus officinæ fama percrebuit, concurrebant undique Barbari ut rem adeò insolentem spectarent. Hinc factum ut omnes magis magisque Patrem suspicerent & amarent vehementer. Itaque causam interroganti cur tot ex oppidis diffluerent, Catechumenus quidam rem ei totam aperuit, maleficorum technas, nefarias saltationes pravaque consilia retexit. Socii periculo animadverso negotium Deo luminum Patri seriò commendandum decernunt, ut hasce dæmonis tenebras dissipet puramque veræ fidei lucem seu oriens jubar sedentibus in umbra mortis immittat. summo manè eandem ob causam oraturi surrexerant, cùm sub auroram Caciquii Duces Indorum præcipui arcubus pharetrisque graves, cristis versicoloribus insignes, quo solent ad bellum procedere apparatu, præforibus nostris se sistunt, ponè subditi distinctis ordinibus in pugnam expediti omnes. Sociis quid hoc sibi vellet rogantibus, respondent statum fixumque esse, maleficorum fraudibus armis occurrere, jam satis imò plus satis nequissimis satanæ administris permissum. Addunt in vicino viculo conspectum ex discipulis eorum nonneminem, quem tenere in animo sit. Patres collaudato consilio hortati sunt ne

e quid illi nocerent, sed incolumem in oppi-
um adducerent. Tendebant recta ad viculum
àm in via de aliis duobus in proximo degen-
bus intelligunt, quos priusquam iniissent fu-
am interceperunt. Horum unus in ipso con-
ionandi munere, alter in pseudo baptismatis
xercitio deprehensus fuit. Tales erant cære-
ioniæ: corpus à capite ad calcem abluebat,
ein hæc verba altâ decantabat voce, *Taytin
ecara Ybagué*, id est, Baptizo te ut baptismo
riveris. Catechumenus qui eos Patri dete-
erat, in illum dum puellam abluit primus
njecit manus, arreptumque quo abluebat vas
ictile, in caput attollens, ingenti malefici mœ-
ore in frusta diffregit. His interceptis ad ter-
ium conquirendum festinant, at ille in alium
e vicum receperat. Insistunt nihilominus fu-
gienti & latentem comprehendunt. Hîc insul-
are capto, egregium sanè Deum esse dictitan-
es qui non magnam timeat hominum turbam
& sese abscondat. Captum ducebant vinctis
post terga manibus: sed cùm nemo de facie
hominem nosset, rogant num fortè esset ipse
qui se Vapirium impudenter mentiretur. Dis-
simulavit perquàm callidè at scire se ubinam
lateret eoque viam se monstraturum subjecit
si modo vincula eximerent quod ubi factum,
& euntes ipse præcederet brevi sic ex eorum
mani-

manibus evaſit ut fugientem aſſequi nemo potuerit. Itaque duos tantum reductos arctæ in diem ſequentem cuſtodiæ tradunt. Ingens fuit concurrentium numerus ad ſpectaculum inſolens. Dato manè ad catecheſin campanæ ſigno longè anguſtius templum fuit quàm ut multitudinem caperet. Pater Franciſcus Diaz explicanda fidei myſteria tum ſibi delegit, habitiſque variis de vero Deo quæſtionibus captivos in medium producit; concionem interrogat num homines iſti duo Dii forent à quibus univerſus conditus createque omnia regerentur. Negarunt unâ voce omnes: quin imò exclamabant mortales ſunt verſuti & nequam, qui laborem exoſi decipiendis rudiorum animis ſtudent, à quibus victum per fraudem emungant. Tum Pater ad captivos: verané, ait, ea quæ impudenter jactatis? tygrides & quæ fingitis phantaſmata veſtroné parent arbitrio? proferte nunc coram hoc conſeſſu quidquid poteſtis & rei veritatem aperite. Elatâ tum illi voce: tantùm abeſt, inquiunt, ut Dii ſimus, quin potiùs viles & ignavos homines, dolis mendaciiſque plenos, palam nos eſſe non diffitemur, quippe qui quæſtum ex rudiorum deceptione facimus. Luculentâ hac editâ confeſſione foras educuntur dum aliud decernatur. Hìc omnes pro ſe quiſque miſe-

iiſeros vexare & irridere, pueri faciem luto
edare, alii cantare, ſaltare alii imperant.
ia hominum nequiſſimi inclamabant, nunc
emùm artis veſtræ arcanis opus eſt, eia ty-
ides induite, Soli tenebras offundite, chy-
æras advocate. His aliiſque puerorum ludi-
riis mirum quantum apud omnes exiſtima-
onis amiſerint. Aderant ſpectaculo Barbari
uo Ethnici qui binos alios prodidêre, ad
uos indagandos Caciquii tres cum ſuis abie-
int, cùm tres alios in ryquio deliteſcere nun-
iatur, qui omnes in noſtrorum manus deve-
ere. Gratâ potiti prædâ revertebantur ala-
es, cùm unus quiſpiam ad comites; noſtri
atres, ait (ſocios ſic vocant) blandè nimis
abent hoſce mortalium nequiſſimos, agi-
priuſquam ad oppidum veniamus, meri-
s de illis exigamus pœnas dictum factum:
roducto quod clam attulerat flagello, ma-
no omnium applauſu, egregiè cæduntur
iiſeri. vix oppidum attigerant cùm nunciis
e altero quopiam magorum diſcipulo per-
tis, Capitaneus cui nomen Antonius ad
lum comprehendendum mittitur. Is ab
bvio Chriſtiano fit certior haud procul
beſſe Chemboartum cum ſuis circiter ſep-
ngentis Duce nominatiſſimo impoſto-
Gricaçu quem cæteri Patrem appella-
bant

bant & ut talem venerabantur. jam multos infantes Christianos, Indasque nonnullas in via deprehensas impia hæc devoraverat phalanx, nec alio adventabat consilio quàm ut hasce reductiones deleret funditùs Patrumque nomen stirpitùs convelleret. Antonius ut erat magni animi vir cœptum nihilominus iter prosequitur, captoque, cujus causâ venerat, malefico; in via quæ Taycupiam ducit noctem transigit ad arma paratus. Sub id tempus adfuit Capitaneus Ariyam ex S Ioachimi reductione Caciquius qui dissimulato habitu cum fratre ad hostes trnasierat illorum exploraturus consilia Patribusque relaturus.

Immanitas Barbarorum.

SPectârat coram infantes jugulari, discerp in frusta, assari ac in nefandas epulas ap poni. in hac Barbara & immani nequissimo rum colluvie complures à se agnitos transfugas asserebat. certum hostibus esse ternas reductiones uno adoriri tempore ne sibi mutuam præstarent opem. non deesse inter ipsa reductionum viscera proditores Ethnicos qu eorum adventum avidè operirentur ut juncti viribus Christianum nomen delerent. Iam sua Patribus decreta supplicia. Iam in ordinibu

stabant

stabant in Christianos moturi. Patrem de Mo-
a & Antonium Bernal vivos flammis addixe-
ant erutis prius oculis quos in sartagine elixos
nstar ovorum absorberent. P. Diaz servituti
eservandus fuit ut ferrariam edoceret, post
eodem mortis genere tollendus. puerulum
Christianum viderant in ferventem ollam im-
mitti, ad cujus clamores & ejulatus exulta-
bant Barbari. hæc & alia id genus testes ocu-
lati referebant. Eadem P. Suarius etiam ante
Aruyæ reditum sociis nunciarat. Conturbati
vehementer omnes, præsertim ubi suismet o-
culis ex hostium manibus elapsos complures
aspexere. hic patrem, matrem iste, alius soro-
rem filiosve in epulis absumptos deflebant.
Caciquii omnes quamvis & numero & viribus
longè impares magnos ad defensionem animos
præferebant. Ergo pertentatis reductionum
vicinarum quatuor incolis communi consilio
decretum conjunctis copiis ultrò adoriri ho-
stem, ac pro patria, filiis, uxoribus, Chri-
stianis legibus decertare, & si sors ferat forti-
ter occumbere.

Bellum Veneficos inter & Christianos

IAm hoſtis propiùs aberat necdum tamen comparebant auxiliares copiæ. Ethnici omnes bene aliàs in ſocios animati ſeſe ſubduxerant in montes rei exitum ex tuto ſpectaturi. Vehemens erat ſuſpicio Caciquios aliquot ab hoſte ſtare. Soli Chriſtiani & Catechumeni exiguus ſanè manipulus, defenſionem meditabantur. Itaque Patres cæteríque deſperatis auxiliis ad mortem ſeſe comparabant; ipsâ nocte adfuturus erat hoſtis niſi yquius flumen ſubitò intumeſcens tranſitum negaſſet. Tandem cum aurora adfuere auxiliares copiæ animis quàm numero majores. Cenſebantur ex S. Annæ centum & decem magnanimi omnes, ex S. Chriſtophori omninò centum, ex D. Ioachimi quinquaginta; armati univerſi quingenti. Socii nocte in oratione traductâ ad milites animandos incumbunt: Viderent porrò de patrio ſolo, bonis omnibus, liberis, uxoribus vitâ denique ipsâ & religione agi. eam eſſe hoſtis immanitatem ut vel moriendum vel vincendum ſit. Non defuturum è cælo auxilium fiderent quàm tuebantur cauſæ æquitati. memores Chriſtianæ manſuetudinis non tam oppugnarent hoſtem quàm ſe ſuaque propugnarent,

iarent, captivis parcerent. triplici agmine, hostem operiebantur armati cùm ecce Caciquius qui ad suos colligendos abierat captivum ex hostibus trahit. Hunc in via fortè repererat celestis intentum epulis, cumque paucis comitatum cerneret, invaserat, reliquisque fugâ dilapsis captivum fecerat. E primariis erat Yeguacopori discipulis cui olim à piscatu aucupioque fuerat. Vix intra ordines ingressus vociferari cœpit se Solis esse filium cum quo è cælis delapso colloqueretur familiariter & reiectis in arbitrium suum mortalibus omnibus, piscibus, avibus cæterisque creatis universis terræ Dominus constitutus esset. hæc & similia effutire impudens non destitit, donec silentio à Patre Diaz imperato ejusque stultitia verbis repressa, sic ab omnibus malè mulctatur, ut nisi obstitisset Pater in frusta protinùs discerpendus videretur; in casam ubi servabatur alter semimortuus delatus est, admirantibus cunctis boni Patris erga tam immeritum caritatem. Optabant vehementer socii in periculi partem venire, sed communibus votis ac precibus acriter est reclamatum, quòd dicerent eorum præsentiam pugnantibus non mediocriter nocituram; quippe quos Patrum suorum carissimorum salus magis quàm victoria, vitæ illorum discrimen magis quàm
 propriæ

propriæ redderet follicitos. Elutis confeſſione animis Catechiſtæ S. Ioachimi & IESV MARIAE ſociorum loco miſſi ſunt ut necdum fonte ſacro luſtratos ſi neceſſum foret expiarent. In ipſo pœnè oppidi egreſſu quædam proditionis ſpecies Patres non parum ſollicitos reddidit. Siquidem bonus armatorum numerus repentè receſſit ab aliis diſtinctam conſtituens aciem tanquam ſi cum hoſte ſoli conſerturi & integram victoriæ palmam cæteris(ut aiebant) eſſent prærepturi. tantum apud defectores valuit ſociorum oratio quâ mutuum commendabant amorem quando gens vna eſſent; ut omni cunctatione depulsâ alacres in hoſtem omnes conglobati perrexerint. Exiguo ſpatio progreſſis Indus adoleſcens nuncium affert regionis, quam Caati dicunt, Barbaros impetu facto in oppidulum Apece Caciquii ſociorum amantiſſimi qui ibidem reductionem meditabatur, irruiſſe, ipſúmque prælio victum cum maxima ſuorum parte in captivitatem abductum. Licèt non obſcuris indiciis conjicerent noſtri Barbaros iſtos cum Veneficis communicaſſe conſilia, placuit nihilominùs audacter in hoſtem movere. Caſtra ad Yequii ripam qui adverſarios ſtiterat, humili loco figunt, ſic ut conſpici non poſſent. Pars magna hoſtium deſperato fluminis tranſitu in tutiorem locum

receſſe-

ſeceſſerat, quod ubi ſenſere noſtri ponticulo fluvium ſternunt hoſtem ex improviſo invaſuri. Vix centum & viginti ad alteram ripam evaſerant cùm ſubitò ab adverſariis numerum ſpernentibus invaduntur. ſtetere fortiter contra, adeoque fœliciter juvante Deo pugnavere ut plurimis occiſis, multis captis reliquos diſſiparint, è ſuis (quæ cæleſtis haud dubiè gratia fuit) deſiderato prorſus nemine, vulnerato unico. Alii qui ab hac ripa ſtabant præliantium tumultu percepto, cùm niſi ſinguli per pontem tranſire poſſent, in fluvium ſe præcipites dedêre, natando trajecturi & ſociis ſuppetias laturi. Verùm peracto conflictu adfuere ſeriùs quàm ut in partem victoriæ venirent. Comperto ex captivis reliquas hoſtis copias in vicino eſſe, eas adoriri conſtituunt. animos fœlici ſucceſſu feroces & incitatos, magis accendit triſte ſpectaculum. Iacebant paſſim trunca, ſemieſa, fœdè laniata, taboque oblita puerorum & adultorum cadavera. hæc inter agnitum fuit corpus fratris Antonii Ducis, cujus in annuis præcedentibus meminimus. Is ab hoſte interceptus quod eos ſequi conſtanter recuſaret, jugulatus primùm, dein craticulæ ligneæ impoſitus fuit, in qua dilapſis noſtrorum metu qui torrebant Barbaris etiamnum calens ac ſemitoſtus repertus eſt. Eâ

re defuncti fratrem aliosque sic perculit incenditque ut nullâ morâ vindictam exclamarent omnes & Barbaros quoquo demum modo insequi statuerent. sed ii clade suorum recenti perterriti in tutiora se receperant. Munitio scitè & per otium erat erecta, intùs casæ quamplurimæ in medio ædes ampla templo non absimilis in qua nefandos ritus exercebant. audito maleficos in montem profugisse, eos nostri tripartitis copiis adoriuntur. initio jactis eminùs spiculis quibus strati permulti, atrox prælium fuit, mox tamen ubi ad manus ventum est, longè, ut fit, atrocius. *Hostis* in aciem dextram invectus tres Caciquios Christianos cœpit alamque illam pœnè dissipavit, sed venientibus auxilio Capitaneis ex IESV MARIAE incolumes erepti sunt cęsis adversariorum fortissimis qui jam eis stricto mucrone necem intentabant. fœlici hoc successu Christianis adeò crevit animus, ut continuò hostes in fugam compulerint. atrox in fuga clades extitit, plures quàm in pugna cæsi captique. Inter cæsos Venefici septem, tres inter captivos numerati, duo tantùm è duodecim evasere. Occisus est in conflictu Guiracu conjurationis caput, uti & insanus ille qui se in tygridem transformari pro libitu jactitabat. hic inter pugnandum clamores inconditos edere, saltare tygridum

more

nore à Christiano quopiam conspectus, directo missili prostratus est; cùmque insanire & furere pergeret nec tygridis formam indueret, adjecto ictu valido, sude caput infœlici diffregit. Dici non potest quantum momenti ad propagandam fidem victoria adeò fœlix attulerit. Christiani omnes ingenti metu & periculo exempti Ethnici cognitis inanissimis magorum fraudibus, sociis in dies magis affici cœperunt. Turmatim in oppida cum suis familiis ut reductorum albo inscriberentur adventabant. exiguo temporis intervallo duo millia familiæ & ducentæ reductæ omnes intra oppidum unum, octingentæ verò quæ admitti exoptabant censebantur. Multa in hoc belli negotio memoratu digna notarunt socii. primum, adeò opportunè retectas maleficorum machinationes, alterum tot puerorum fœlicitatem, qui à tyrannis in fidei odium perempti cælo haud dubiè inserti sunt. non fuisse pauciores trecentis ex baptizatorum catalogo colligitur; certus tamen elici computus non potuit quod Indi vocabulis numero servientibus careant, quare si decimum parum excedat *heta* dicunt, si multum *heta eten*, voce primâ numerum mediocrem, alterâ ingentem denotantes. Adulti præterea non pauci eandem fœlicitatem consecuti. Tertium omninò

prodigiosum fuit, nempe post infinita ab hostium multitudine numero longè superiore jacta missilia imbresque sagittarum, in conflictu tam atroci, inter tot cædes & vulnera adversariorum è Christianis unicum vulneratum fuisse. quod miraculũ non à sociis Christianisque tantùm sed etiam ab Ethnicis notatum, luculento sanè tutelæ Numinis quâ suos tegit argumento. Hæc ad secundam Septembris gesta sunt, quo die socii omnes quàm ardentissima Deo vota, missarum sacrificia, crebrasque flagellationes offerebant. Reversis cum ingenti captivorum grege spoliisque victoribus, cantatum solemne sacrum pro tam insigni victoria Eucharisticon: Tum Indis militibus congratulati Patres præmia victoribus diviserunt. hami, acus & aciculæ aliquot singulis; iis verò qui sese in pugna magis strenuos præbuerant cultelli donati, magnâ omnium pro tam insigni mercede satisfactione, at multo majori quòd singularem in Patres suos amorem vitæ periculo testati fuissent. Quis sociorum lætitiam verbis complectatur ubi disruptum viderunt repagulum quo fœlix Euangelii cursus infœliciter retardabatur? pacatis in hunc modum animis construendis impigrè domibus colendisque agris insudatum. præcedentis anni siccitas magnam attulerat annonæ carita-

caritatem adeò ut ſementa deficerent, verùm à ſociis domeſtico commeatu diſtributo ſerendi materia data, quæ profuſa liberalitas cunctis admirationi fuit. Captivos Veneficos tres in Paranam transferri placuit ut inter antiquos Chriſtianos longè à ſuis & abſque ullius periculo degerent. Duæ res quæ ſub id tempus evenere non parum ad ſtabiliendos in fide animos valuere. Inſignis magus qui ſe morborum Deum jactitabat in nemore non procul à IESV MARIAE latitans peſte ſubitò correptus ab omni humana ope deſtitutus aliquamdiu jacuit. Eum Pater de Mola quo potuit auxilio levavit & ingraveſcente morbo eò tandem adduxit ut lubens fidei myſteria edoctus Baptiſmum ardenter expeteret, paulòque ante obitum magnâ animi ſui voluptate ſuſciperet. Plures alii ejuſdem inſtituti homines meſſis ruinam minabantur; cùmque jam ſerendi tempus appeteret copioſi murium exercitus ex ſiccitate procreati agros latè vaſtare cœperunt, quod jam nonnulli in magorum artes referebant. Patres oſtenſo id non ex dæmonis arte ſed ex cæli temperie manare, bono omnes animo eſſe jubent donec pluviarum tempeſtas advenerit. Vix quatuor effluxerant dies, & ecce tanta vis aquarum depluit, ut noxia animalcula penitùs extinxe-

extinxerit, & brevi ſpes optimæ meſſis affulſerit. Major erat incolarum numerus quàm ut uno in loco commodè habitarent. Itaque partitis in terna oppida mille familiis tres reductiones conſtruere viſum, erectoque in ſingulis templo ſuus Sacerdos è ſociis eſt deſignatus. Reductiones unico milliari ab invicem ſejunctæ, quo promptiùs, ſi fortè ingruat hoſtis mutuis ſubveniant auxiliis. Hi domeſticorum bellorum tumultus P. Franciſcum Diaz interturbarunt quo minùs Reductionibus adverſus Braſiliæ hoſtem muniendis vacaret. Siquidem vix ſedata erant omnia cùm ipſi litteræ meæ redditæ ſunt, quibus jubebatur quantocyùs Cuchuquicacam ſe conferre ad ſedandam tempeſtatem ab accolis Paraquariæ excitatam, qui connivente Præfecto minùs ſociis favente Paranenſes Chriſtianos ad ſibi famulandum adigere moliebantur, contra recens Regis mandatum, quo ſeverè cavet, ne Indi Neophyti ad fidem per ſocios converſi ad ejuſmodi ſervitia compellantur: hanc enim illi conditionem Euangelii Præconibus ad ſe venientibus expreſſerunt; velle ſe Regi ſoli cui vectigales ſunt, aliis præterea nullis ſubjici; ne ſcilicet Hiſpanorum experiantur vindictam & antiqua odia quæ inter eos & gentem ſuam ob priſtina bella cæſoſque hinc inde majores

ores ſuos, intercedebant; ſe ſatis ſuperque aliorum doctos injuriis qui ſub gravi illorum ſervitute gementes fatiſcebant. Talibus perſpectis Europæorum conſiliis & machinationibus ſocii qui iſthic degebant rem totam ad Patrem Iacobum de Torres perſcripſerunt, qui fruſtrà imploratâ Præfecti fide, authoritateque Viſitatoris Domini Franciſci Alfaro nuper ex Hiſpania huc miſſi, P. Franciſcum Diaz Cuchuquicacam magnis itineribus excurrere juſſit, ut huic malo remedium à Regio Indiarum Senatu ſummis precibus expoſceret. Nos modò dum iter ſuum proſequitur ad narrationem noſtram revertamur.

CAPVT XIII.

Reductio IESV MARIÆ.

EVVLSIS tandem ſiniſtrarum opinionum zizaniis, quibus Venefici errorum ſeminatores ſinceram ſementem corrumpere nitebantur, morborum acceſſit calamitas, ex qua tamen ingens animarum meſſis collecta, ac cælo Dei horreis illata. Puſtularum rubentium morbo maximè laboratum eſt, qui deinde in peſtem deſinens mille ſupra quingentos ex una reductione IESV

& MARIAE sustulit. Par alibi morborum strages; ita ut dies abiret nulla quin decem vel undecim subinde etiam quindecim eodem conditorio tumularentur. Atq e hinc promptum est conjicere quid molestiarum ac difficultatum subeundum fuerit id temporis Patri Molæ & Antonio Bernal Patris socio, quos cùm dies deficeret operæ tam vastæ angustior, necessum fermè habebant diurnis laboribus nocturnos adjungere. Neque qui ægrotabant erant hujusmodi quos paucis absolvere possent: plerique enim omnes Christianorum rudimentorum omninò rudes cùm essent, simul ad Baptismum, simul ad mortem fœliciter obeundam fuere instruendi. Commodùm P. Minuya in laborem partem venit cùm morbi maximè grassarentur. Sed & hic & duo alii indubiè succubuissent oneri, nisi succollassent Duces aliquot & Caciquii qui de Patrum vita ac salute solliciti ægros undequaque conquisitos atque in unum coactos partim in casas pago vicinas, partim in pagi domos hospitum suorum morte jam vacuefactas deferebant. Ex quo deinde illud commodi consecutum est ut nullus non egregiè comparatus migraret è vita.

Infœlix casus vetulæ pervicacis.

VNicam excipio vetulam Caciquii cujusdam matrem cui non tam Pater quàm ipsa sibi defuit. steterat hæc nuper cum Veneficis, & eorum malis artibus malè consenserat; jam verò quæ ad salutem scitu sunt necessaria edocebatur Baptismo proximè lustrāda, nisi Pater voce ut sibi videbatur intus admonente rem distulisset Atque huic interiori monito ut crederet, fecit languidum planè ac frigidum vetulæ desiderium quo sacris undis expiari se magis si iebat quàm exoptabat adde quod neque tam periculosè ægrotaret ut esse aliquod in mora periculum videretur. Neque verò mortem attulit morbus sed casus, cui occurrere humani consilii non erat. pluerat in iis locis abūdè omninò ac profluenter, ut etiā vici plateæq; rivorum instar in modum undequaque diffluerent Iacebat autem propter vetulæ casam agger stramineus, quem cùm aquæ illæ pluviæ pervadere non possent, novis continenter affluentibus sic excrevere ut in casam ipsam penetrarent. Mulieri tum fortè venit in mentem de sella surgere, sed cùm præ virium infirmitate pedibus non valuisset consistere, neque jam in os prolapsa sese erigere potuit.

atque

atque hunc in modum prorſus, ut apparet infœlicem, aquis palmo non toto pavimentum ſuperantibus extincta eſt miſella, quæ ſi peccata ſalutaribus undis priùs eluiſſet, nunquam (quæ multorum vox erat) in exitiales illas aquas incidiſſet. Cenſeat fortè aliquis leve illius naufragium nec æſtimandam unius animæ jacturam tot aliis portum tenentibus; at non ita Patres quibus minima animarum damna reputantibus, gravis ea dies accidit.

Mirabile exemplum prædeſtinationis.

SEd nihilo ſeciùs ac ſi ſuos Deus ſolari voluiſſet, nuncius inter hæc adfertur adveniſſe mulierem, quam maritus ſuis ipſe humeris, itinere quidem leucarum non amplius 16. ſed moram faciente ſarcinâ octo dierum labore ad Chriſti ovile adduxerat. Eo mariti aut veriùs paſtoris boni in conjugem officio delectatus Pater, ubi ad mulierem pervenit, cenſuit primùm ſorbitiunculâ reficiendam, triduum enim jam contineus nihil deguſtarat conſumptis quæ maritus attulerat cibariis. at nimirum alium ipſa cibum poſcebat, quem ſine injuria aiebat ſibi denegari non poſſe, quæ non alio fine iter tam difficile ſuſcepiſſet, quàm ut per Baptiſmi ſuſceptionem (verbis ejus

jus dicam) filia Dei efficeretur. Nec rogandi finem antè fecit, quàm tandem sub vesperam impetravit cùm repetitis maximâ contentione obsecrationibus, tum & maximè morbo exigente. Vixdum Pater ab ea erat digressus, cùm accipit magno illam pietatis sensu è vita discessisse. Quæ res & ejusmodi sexcentæ aliæ; quantam nostris afferrent voluptatem, quantum ad difficillima quæque superanda incitamentum eorum judicii facio, qui animarum salutem non alio quàm divini sanguinis pretio norunt æstimare.

Fervor & constantia Christianorum.

NEc minora erant quæ à sanis & valentibus eveniebant solatia, quorum in Patres animus non aliàs magis quàm in ea morborum tempestate perspectus est. Aiebant (quod & multis rationibus affirmare nitebantur) nihil esse quod Patres haberet sollicitos tristis illa rerum facies, nihil quod Neophytorum constantiæ metuerent, cæli vitium in ista regione esse frequens; contagio quidem malum serpere, in arcto furere vehementiùs; & verò in reductionibus ubi viciniùs pressiùsque

que habitatur multò plures quàm anteà in syl
vis morborum violentiâ sublatos, at melior
certè conditione; tum enim quotquot morie
bantur jure fuisse lugendos, jam autē mortem
in bonis esse numerandam, quin invidendam
iis quibus contingeret quando peream vitæ
æternæ deliciis frui concedatur. Hoc eodem P.
tres recreandi desiderio excitati, inter suorum
ruinam ac stragem templum extruere cœpe
runt, veteri quo adhuc usi erat longè venustius
& capacius mirâ celeritate surrexit opus, se
dulitate paucorum labores multorum vel æ
quante vel superante. Hinc etiam pertinet in
gens illud studium quo sese omnes fratri no
stro Bernal tradidere ad prælium instruendos
Turmatim prodibant in campum quot die
bus, agminatim subinde processuri. Vidisse
pedem pedi, arma armis conferentes, inten
tos ad docentis non signum modò sed etiam
nutum. Porrò exercitatio tota ad votum ces
sit, ne dicam suprà. quippe elapsis diebus non
multis discurrere in cornu, mutare acies, ho
stem invadere & sustinere apprimè omnes cal
lebant. cujus artis egregium specimen infrà
mirabimur

Vtile

Vtiles sociorum labores.

INterea si quid otii Patribus reliquum fieret ab ægrorum qui in vico erant curatione, diversi omnes per nemora, per rupes abibant in varias singuli colonias. Quâ ex re unicâ geminus capiebatur fructus; patientiæ unus cujus amplissima seges in ea montium & sylvarũ sterilitate nascitur, ubi egregiè complutis & fatigatis sępè etiam sero jejunis vespere humus nuda cubile est. Tot laborum tolerantia nequaquam infœcunda, (qui alter est harum expeditionum fructus) dici non potest quàm multos Christo pepererit. Vnum atque alterum de multis exemplum interpono. Nuper Antonius Bernal postquàm ad viculum quendam pervenisset, casam fortè ingressus est, in qua depositus à suis jacebat infans. Dixisses hospitis sui persensisse adventum, & quem ore infans non poterat nutibus Baptismum petere; nam brachiolis in altum jactatis eo prorsus gestiebat modo quo gerulis suis pueri solent. Lustratus à fratre, vivere desiit post paulò quàm meliorem vitam acceperat.

Simile est, licèt in ætate dispari quod aliàs idem accidit. Veteli duo quorum alter linguæ usum habebat difficilem, alter jam biduum

duum amiserat, ad boni fratris præsentiam corporis primùm, tum deinde mentis oculos, quos utrosque id temporis clausos habebant aperuere; exin vocis usu recepto respondêre, assentiri se omnibus quæ credenda ille proponebat. Itaque Baptismo donati. mox gratiis magnâ animi benevoli significatione fratri nostro peractis utrumque adhuc loquentem vox & animus destituit. Infinitus sim si singula persequar. Istud breviter dico tantam hoc anno messem fuisse, ut Patribus denique visum sit puerilem quoque ætatem in laborum societatem, vel (ut speciosiùs dicam) in Societatis labores ac munia adsciscere. Nec consilium fuit ratione prudentius quàm eventu fœlicius: nam qui inter pueros aptiores erant Catechistarum nomine insigniti, partim vicos, partim loca vicis adjacentia eo successu obierunt, ut non viri modò ac mulieres plurimæ, sed multi quoque senum suam puerulis secundùm Deum salutem acceptam debeant.

Hostes

Hostes Christianos adorti cum strage repelluntur.

NVnc rerum gestarum ordo exigit ut pugnam illam breviter exequamur, non minùs Neophytorum virtute quàm prodigiis cęlestibus illustrem. Hostis non diu cunctatus, arcis, quam nostri aggeribus struxerant, fossas principio invasit, jamque impressione factâ subibat muros, cùm Neophyti cominùs pugnam coacti conserere, documentum dederunt quo animo ac pertinaciâ adversus Dei & fidei hostes sit dimicandum. Stabant in primo ordine milites veterani Antonius Bernal & Ioannes Cardenas, quorum virtus ipso statim pugnæ initio hostium oculos in se convertit, mox etiam arma. Hi quippe robur id esse Neophytorum rati, utrumque quà telorum, quà glandium vi obruere statuunt. Factâ itaque conspiratione plures simul eodem, alii arcus, alii catapultas dirigunt, at non eôdem quo destinata erant vel tela vel glandes concurrebant. Alia quippe perstrictis dumtaxat oculis, auribus alia stridore solo verberatis, quædam vestibus hinc inde innocenter attonsis, vicinos indigenas minore damno vel læde-

bant vel occidebant. aliquantò post tamen quo nimirum certiùs constaret Superum curâ non belli fortunâ servatos, digitus Antonio è læva detersus est, indeque fatalis globus in pectus rectâ penetrasset, nisi numisma stanneum (annuntiationis dicimus) quod suspensum è collo pendebat, aut potiùs MARIA cujus nomen numismati inscriptum erat, sui interpositu oppositúque ictus impetum inhibuisset. Porrò numisma factâ in pectus impressione guttas sanguinis omninò duas expressit, sui insuper in extima cute imagine relictâ, opinor ad MARIAE servatricis sive nomen sive beneficium pectori altiùs imprimendum Majori doloris sensu, pari necis periculo defunctus Ioannes. Is pilam in latus exceperat, quæ tanquàm si cælesti voce, jussa esset vitæ parcere, facto sotannam inter & thoracem innoxio circuitu, cùm à lævo in latus dextrum pervenisset, brachium pertransiit ac fregit. Ioannes interim vel dissimulato vel victo dolore diu in statione perstiterat, cùm glãdem alteram in femur vibratam in humum labi videt vano & inani ictu. Quæ res ne caruisse miraculo putaretur, permansit in femore glandis vestigium, idque ad multos dies non sine acri dololoris sensu sed quem haud dubiè voluptate omni suaviorem efficiebat beneficii

recor-

recordatio. Patres quoque Romerus & Mola magno animi ardore & constantiâ hostem ad extremum tulere; atque hic prope impunè unico tantùm ac levi vulnere accepto, iste ne levi quidem. Eventus haud dubiè belli fortunâ major si rectè æstimetur; nam & hic & ille ipsâ Societatis veste sat noti præcipuè ac propè soli petebantur. Fuit inter Brasilos nonnemo cæteris promptior qui juratus vociferaretur Patrem eo tandem ictu à se absolvendum. Et erat sanè hominis nefarii jactatio non omninò vana. Nam & propè jam aberat à Patre & nictante multùm oculo ictum intentiùs destinarat. Verùm neque tum quò proposuerat collimavit, glande in adolescentem qui circum Patrem pugnabat declinatâ. Nihilo segniùs Neophyti pro aris & focis pugnabant, nullum prælii discrimen, omnes prælii causa movebat. paucitas quæ cæteris minuere solet his addebat animos. Vulneribus autem vel suis vel amicorum adeò non terrebantur, ut etiam manantem ex iis sanguinem ne oris quidem colore mutato intuerentur. quin imò multi illius suæ purpuræ accensi respectu pugnam integrabant ardentiùs. Denique veteranos omnes non tyrones credidisses Victoriam præ cæteris adjuvit invicta cujusdam obstinatio, qui etiam vulneratus vallum unum acerrimè propugna-

vit, eo majore hoſtium damno & metu, quòd majore quàm alii arte bombardam tractaret.

Admiranda mulieris fortitudo.

MEmorabile eſt, & haud ſcio an non omnibus quæ adhuc dixi anteponendum quod ſubjungo. Mulier ex iis quæ in templum confugerant, rata non alienum fore ſi quam poſſet opem præliantibus viris adferret, ſtatuit mœnia conſcendere hîc illa propugnacula circuire, hortari, monere nunc hos nunc illos, nec antè deſtitit quàm ſéſiſſet animum ſibi ad majora creſcere; tum verò ſexus oblita ſui pharetram induit, haſtâque manu prehensâ Tupiorum quempiam per proſtratam valli labem molientem aſcenſum oculis deſignat ad cædem. Neque aliter quàm propoſuerat perfecit. mox enim ut vidit Tupium inſtare collectis viribus in hominem invehitur, lanceatumque deturbat in præceps. Tam proſperum Martem experta in medium pugnæ diſcrimen egregiè ſe transfert, periculo & ſucceſſu pari Verbo omnia complectar, ſi dixero Amazonem hanc noſtram modò his, modò iſtis quàm opportunè tam promptè ſuccurrendo, ea denique perpetraſſe quæ vel in generoſiſſimo viro admiremur. Atque ita tandem furioſi illi cùm jam

jam victoriam desperarent terga vertêre, rabiem quam dolor & ira collegerat in Sancti Christophori reductionem paulò post conversuri. Cecidere eo prælio Tupii omninò quinquaginta ex Lusitanis S. Pauli incolis non ampliùs quinque. quatriduum tenuit obsidio, qua vixdum solutâ laboribus fusoque in primis cruore exhausti Patres in campum tamen descendēre ut vulneratorum hostium exomologesin, si qui in illis Christiani essent, exciperent, sin autem ad Baptismum suscipiendum inducerent. Hostis interim captivos quos secum abduxerat in lacunas & paludes abegit, ut frigore & inopiâ confecti vitam majore supplicio finirent.

Duorum adolescentum virtus præclara.

ERant inter illos adolescentes duo Catechistæ: hi nunc singulos, nunc universos hortabantur ad mortem piè fortiterque obeūdam. Eâ re Brasili animadversâ, suspicati id quod erat, Patrum illos esse adjutores, blandè primùm compellatos à turba avocant, puellâ deinde formæ præstantis oblatâ non dubitarunt etiam ad flagitium invitare. Verùm uterque vultu pariter ac voce nefas aversatus

liberè pronuntiavit aliud se doctos à Patribus, ingens enim verò id esse piaculum, quare ejusmodi consilio astinerent, sibi enim statutum esse potius tolerare omnia quàm quod suaderent, in Deum admittere. Visum fuera Patribus cum istos, tum alios præterea adolescentes, ac vel maximè uxorem nobilis Caciquii sine mora redimere, itaque pacto cum hostibus inito pretium redemptionis persolvitur. Sed perfidi unico dimisso adolescente cæteros magno Patrum dolore retinuerunt. si tandem impiissimorum hominum furore florentissimum hoc Christi ovile dissipatum est in quod suprà quatuor mortalium millia quingenti per Baptismi januam ingressi lætissimis pascuis fruebantur. Nec solis nocuere Christianis, sed etiam Ethnicis innumeris, qui ne in eorum manus devenirent, per avia longè lateque dispersi nunquam deinceps reduci potuere.



CAP.

CAPVT XIV.

Reductionis S. Christophori per socios Fundatio. Per S. Pauli accolas Destructio.

Prælium cum iisdem commissum.

REDVCTIONI S. Christophori sub finem anni 1634 19. Decemb initium est datum. Occasio fuit nobilis Caciquius, cujus in annuis prioribus sub Antonii Caraychure nomine meminimus. Is suorum subditorum bono stipatus numero venerat ut Patrem á quo divinis imbuerentur mysteriis impetraret. Magnam regionis suæ partem Euangelio excipiendo maturam aiebat. Iam Caciquii aliquot congregati fidei doctorem expectabant. liberos suos in alias reductiones præmiserant fidem edocendos, á quibus domum reversis divina quo possent modo arcana ediscerent. Et verò tantus erat omnium ardor ut jam orationes varias memoriâ tenerent quas quotidie simul ante Patris adventum recitabant. Adeò me ursit Caciquius

quius ille ut ſacro ſe fonte fonte luſtrarem, (quando orare jam noſſet) ut differre diutiùs nequirem quin ardentibus ejus votis facerem ſatis. Baptiſmo expiatus & Antonii nomine inſignitus negavit ſe priùs ad ſuos rediturum quàm Euangelii præconem obtineret, argumentis utebatur quæ vel ſaxeum pectus emollirent Itaque quamvis ob operarum penuriam à novis miſſionibus abſtinere fixum foret Patrem Auguſtinum de Contreras illi conceſſi, qui 19. Decemb. ab omnibus fidei candidatis non ſecùs ac Angelus è cælo miſſus exceptus fuit.

Fervor Neophytorum.

CRedi non poteſt quantâ aviditate audiendis fidei myſteriis quotidie convenirent. Ipſimet ultrò pellices ſuas retegebant inſolenti apud eas gentes exemplo. Quæ & ſimilia cordatæ pietatis indicia fecere ut exiguo temporis intervallo nongēti & quinquaginta mortales ad Baptiſmum admitterentur, licèt Pater paulatim ſibi in tanto negotio progrediendum ſtatuiſſet. Caciquius non ignobilis amandatis pellicibus in filiorum Dei numerum erat adlectus. Is cùm illarum una viro relicto rediiſſet

iiſſet, peccandi fugiens illecebras continuò
d Patrem venit ut imminenti periculo reme-
ium afferret. quod & factum eſt.ejectâ per
im impudenti mulierculâ. Magna erat Neo-
hyrorum in contemnendis magorum artibus
onſtantia, perditum hominum genus ad ſtu-
orem inſectabantur, per aſperos montes lo-
áque inaccesſa ſeu feras indagabant, eoſque
riuſquàm ad Patrem perducerent pro meritis
ıulctabant. Alii ęgros magno ſtudio & labore
onquirebant, in humeros frequenter ſubla-
os ad oppidum deferebant ne quis abſque Sa-
ramentorum ſubſidio decederet. Tranſlatâ in
ommodiorem ſitum habitatione elegantiſſi-
no totius provinciæ extruendo templo inſu-
atum, dein aptiſſimum Patri domicilium e-
ectum. Sermo inter ipſos vix alius fuit quàm
t de rebus ad ſalutem pertinentibus, & de
nediis optimum Patrem demerendi qui ſe-
è in Dei filios cooptaſſet, maximo aiebant
juod conferri poſſit beneficio. Non defue-
e prodigia, quibus Deus Optimus Maxi-
nus teneras haſce plantas in ſuſcepta religio-
ıe confirmaret. Multi ex iis qui necdum pla-
ıè magorum ſuperſtitiones abjecerant mor-
e repentinâ exſtincti, alii contra nec pau-
ciores acceptis Sacramentorum remediis ſu-
bitò corporis infirmitatibus exempti. Iuvenis
Chriſtia-

Chriſtianus monita Patris flocci pendens ſ
crum feſtis diebus audire animumque exom
logeſi purgare negligebat : graui correpti
morbo cum ne tum quidem de confeſſione co
gitaret, in grave mentis deliquium (morte
ipſe cæterique quotquot aderant credidere
repentè incidit. Vix à ſenſibus aut cerè vita ab
ierat, cùm illicò ab horrendi aſpectus caco
dæmone ad Iudicis ſupremi tribunal trahitu
ubi acriter à Iudice exceptus quod ſalutis ſu
curam Patriſque monita neglexiſſet in delic
pœnam difficilis morbi dolores & tædia tole
randa, poſt que denuò moreretur. ubi ad ſ
rediit, Patrem magnis inclamat vocibus, præ
ſenti peccata magno cum doloris ſenſu confi
tetur, adſtantibus quæ viderat exponit, ac tan
dem poſt varios morbi diuturni labores pa
tientiſſime toleratos vitam cum morte com
mutat. Quo tempore Braſilicus advenit hoſti
ad duo millia & trecentos incolas numeraba
hæc reductio, omnes ſacris expiatos undis
ferventes in paucis Chriſtianos, quique ab om
ni ſcelerum genere puriſſimam vivebant vi
tam, longè à latrociniis, ebrietate, odiis, lux
urie, (vitiis huic genti familiaribus) alieni
Impar tanto labori fuiſſet Pater niſi omnia
potuiſſet in eo qui ſuos confortat. De minimi
etiam noxis, non ſine lachrymis ſe accuſabant
adeò

eò verebantur ne quid à puritate animi ab-
rrefcẽs divinę Majeftatis oculos offenderet.
que ut verbo multa complectar, nihil in eis
od ad Chriftianæ vitæ perfectionem faceret
fiderari potuiffet. Moribundorum ad fidem
odigiofas vocationes, Baptifmum expeten-
m greges & his fimilia lubẽs prætereo quod
hil à fuprà dictis habeant fingulare. Vnum
men tacere non poffum. Fortè Pater dum
oribundos conquirit perito monftrãte viam
ctore à recto tramite deflexerat, & ecce fle-
les intermorientis gemitus languentefque
monte voces percipiunt. fufpicatus Pater
od erat duos è fociis mittit ut quid ifthic
teat explorent, at hi nihil fe præter exani-
e mulieris ignotæ cadaver reperiffe referunt.
c tamen Pater refponfo minimè contentus
eo haud dubiè impellente, eò provolat. Ad
lius adventum continuò oculos mifella ape-
t nec non gaudium quo poteft modo tefta-
r. itineris caufam roganti aliam non red-
idit, quàm ut in filiorum Dei numerum
fcribi poffet. Tum Pater expofitis raptim
æcipuis fidei myfteriis cùm ægra magnum
æferret Baptifmi defiderium, illum imper-
t, & Ecclefiaftica protulerat verba, cùm eo-
em temporis quo loqui defierat momento
ulier Creatori animum reddidit.

Talis

Talis erat hujus reductionis in fidei Chriſtianæ paleſtra curſus, cùm hoſtis oppidum vaſtavit ac diruit. Qui in S. Chriſtophori tun erant in ſociorum auxilium egreſſi in obvia hoſtium copias inciderunt, generosè pugna runt ac penetrarunt. Tunc ipſi comperto han reductionem à validioribus deſtitutam ear aggredi converſis copiis moliebantur, verùr Pater Auguſtinus conſilii non ignarus matur incolas pænè omnes furori ſubduxerat duobu juvenibus ad templi cuſtodiam relictis. Hoſti ſpe ſuâ fruſtratus templum diripuit, adoleſ centes cum reſiduis aliquot captivos abduxit omnemque latè regionem depopulatus eſt cruenta ubique immanitatis ſuæ veſtigia relin quens. Interea collectis undique auxiliis jan mille ſexcentos armatos ſub ſignis numera bant Indi, quibus communi conſilio placui hoſtem in tranſitu hoc unico operiri quand à S. Chriſtophori exceſſiſſe conſtabat. qua tuor elapſis in mora diebus exploratores nun ciant in proximo adeſſe hoſtem omni armo rum genere inſtructiſſimum. Erant in hoſti exercitu Tupii ſelecti mille quadringenti, Lu ſitani centum viginti loricis ferreis, ſcutis fiſtu liſq; miſſilibus inſtructi, quod armorum genu tanto eſt Indis terrori ut vel ad illorum um oram paveant. Nihilominùs in hac præliand

neceſ

ıecessitate nihil ad eos terrendos quin potiùs
.d animandos valuerunt,adeò Christianorum
.nimos obfirmaverat Deus cujus causâ pug-
ıabant Non alia nostris erant arma præter su-
les arcus & sagittas. Nativitatis Dominicæ
ıervigilio hostis in conspectum venit ratus diei
elebritati intento simparatos occupari posse.
/erùm longè aliter res cecidit ; nam continuò
riplici acie obviàm itum. prima erat post me-
idiem cùm pugnari cœptum , prælium quin-
que omninò horas tenuit , donec illud nox
upervenıens dirimeret , multis hinc inde per-
:mptis. In Lusitanos præcipuum adversario-
um robur quinis insultibus adeò ferociter in-
'ecti sunt Indi , ut eos , resistentesque fortiter
Tupios , servatis tamen ordinibus in montem
ricinum cōpulerint, ubi se tumultuario opere
raptim munierunt. Duorum maximè genero-
itas enituit , qui contemptâ globorum stri-
dentium grandine,stratis lęvâ dextrâque com-
pluribus ad ipsa signa penetrantes,tantùm non
eripuerunt , nec à lacessendo hoste destitere
donec uterque plumbeâ percussus glande cor-
ruerit.Hostis cùm pręlio defessus,tum nostro-
rum ardore ac pertinaciâ perculsus ubi se etiã
intra vallata castra impeti cōspexit, magnis ad
oppugnantes vocibus inclamabat , recederent
ipsi

ipsi incolumes & à prælio abstinerent, solos Patres non indigenas à se peti. sed inde magis excitabantur unde placari posse speraverant. cùm Patrum amantissimorum salus vitâ ipsâ longè carior foret. Itaque ab oppugnandis non destitere donec tenebræ pugnandi potestatem ademerunt. è nostris cecidere pauci, ex adversariis permulti inter quos Lusitani complures promptissimi. Periit Dux ipse Tupiorum maximi inter suos Lusitanosque nominis. Rebus ita fœliciter gestis Patres cùm exercitu ad S. Annæ redierunt, tum ut vulnera curarent, tum ut cæterarum reductionum incolumitati consulerent; vel certè redintegratis viribus infestum hostem armis regione pellerent. sed ultrò excessit veritus credo Indorum fortitudinem, ignibus templo Patrumque domui quæ adhuc stabant priùs subjectis.



CAP.

CAPVT XV.

Reductio S. Annæ.

INter montanas reductiones, vulgò de las Sierras è florentissimis fuit cui à S. Anna nomen. amœnâ fertiliq; in planitie mille trecẽtas familias nume-abat. gentis ingenium humanum ac tractabile aciliorem viam ad inferendam fidem fecerat. ncredibilis omnibus, adultis juxta ac puerulis erum divinarum aviditas. Anni 1635. mense ctobri tria ferè Christianorum millia cense-antur catechumeni pænè innumeri, Ethnici d fidem ardenter aspirabant.

Neophytorum fervor.

NOn Neophytos recenter à feritate retra-ctos, sed perantiquæ religionis Christia-os dixisses. Inter cæteros emicuit Bartholo-næi cujúsdam fervor agnomen illi Ayerobia quod Indicâ linguâ credo vel obedio sonat) Hic tanto flagrabat animorũ zelo ut si quem-iam notasset minùs rei sacræ vel catechesis vidum, eum peramicè compellabat, blandis n domum suam sermonibus invitabat, epulis

pro tenuitate ſua lautiſſimis excipiebat, ornabat munuſculis, ac tandem ſibi devinctos vel Patribus ſiſtebat, vel divina myſteria edoctos ad ſalutis lavacrum præparabat. Quod ſi ejuſmodi non ſuppeterent occupationes, operam ſuam lubens Patribus offerebat, qui non rarò hominem revera optimum exornandis altaribus addicebant, ingenti illius ſolatio pietatiſque ſenſu ſingulari. Comperto hoſtis adventu quem ſciret magno fidei detrimento futurum, abſque mora in IESV MARIAE ſe contulit, ubi peccata ritè confeſſus ſacroque refectus epulo, inſignem hoſtium edidit ſtragem, ac tandem pro fide & patria generosè decertans, fortiter occubuit.

Nec ſilentio prætereundum quod de Alphonſo Taü primo hujus reductionis Chriſtiano ſcripſere ſocii. viginti circiter annorum juvenis perſpectâ caſtitatis pulchritudine de qua Patrem pro concione diſſerentem audierat, Angelicæ virtutis decore abreptus ad ſocios venit, multiſque cum lachrymis impensè rogavit ut ſibi Veneris irritamenta adimerent, ratus ſe inter tot carnis illecebras & pericula ad continentiæ apicem pertingere non poſſe. Obſtupuere juvenis fervorem ſocii, dein oſtêsâ petitionis abſurditate legi divinæ contrariâ, ſimulque cæleſtis gratiæ efficaciâ juvenem ſpei plenum

plenum dimisere. Divina liberalitas mortalium liberalitate vinci non potest. Multis testata est prodigiis quàm acceptus sibi foret Neophytorum fervor, eumque magis ac magis auxit & stabilivit.

Vis Eucharistici Sacrificii

CHristiani crus dente venenato vipera infecerat; qui illicò ceu fulmine tactus concidit exanimis. accurrunt comites & mortuo similē domum deportāt. caput dolore diffringebatur, dentes omnes sedibus emoti titubabant, sanguis copiosus per os, nares, oculos, cæterosque corporis meatus dissiliebat. Crus alterum quamvis non læsum cruoris rivo diffluebat; totum denique corpus horrendis doloribus torquebatur. desperatâ vitâ ad animi res componendas se convertit, intermortuis vocibus Patrem ingeminat, peccata confessione delet sacroque ad ultimam luctam inunctus oleo magnum præsefert audiendi sacri desiderium quando à viatici perceptione sanguinis profluvio impediretur. Annuit Pater, allatoque altari votivum de S. Gregorio Taumaturgo facit. mirum dictu: peracto sacrificio moribundus in pedes erigitur, sistit sanguinis profluvium & subitò sanitati redditur

Sacramentalis confeſſionis virtus.

ALter tacito inter confitendum ſcelere continuò gravi morbo affligitur; de vitâ conclamant omnes. hominem inviſens Pater; Ecquid hoc, inquit, fili, an non modò de animi rebus unà mecum agens valebas? num fortè crimen aliquod ſilentio texiſti? ad hæc miſer totus in lachrymas ſolvi, & manifeſtam Numinis vindictam agnoſcere. Ergo in ſpem erectus denuò peccata fatetur, ſenſim remittit morbus, adeò ut abſolutionis formulâ prolatâ ſanitati reſtitutus ſit: duos menſes incolumis perſtitit quamdiu ninmitum ad ſordes non rediit. tum enim & continuò rediit morbus, à quo deinceps eximi negatum abſolutam quamvis numeris omnibus exomologeſin multis cum lachrymis peregerit. Credi poteſt vitam illi mortalem ereptam ne rurſus excideret immortali.

Et quando in hunc de confeſſione ſacra ſermonem incidimus, non abs re erit exponere quid duobus ilis factum qui in nupero prælio ad ipſa uſque hoſtium ſigna penetrantes glandibus trajecti ceciderant. Vnus altero perfoſſus telo, tertio etiam acinacis eoque immani vulnere accepto mortuus creditus eſt: at

at ubi abſceſſit hoſtis reſumptis ſenſim viribus ægrè oppidum verſus proreptavit ſi fortè Sacerdotem confitendi gratiâ offendat. Pater Auguſtinus accurrit obviàm, ſed ſupinum & exanimem reperit. reſpiravit ad illius vocem apertiſque ſemimortuis luminibus gaudium ingens præſetulit. cùmque expiaſſet animi maculas repentè convaluit inter geſtantium manus. Ipſe anno proximè præcedenti pellices ſuas ad patrem deduxerat, & cùm una rediiſſet viro relicto, negavit ſe pedem priùs illaturum domum quàm impudens muliercula exceſſiſſet.

Alter item glande in ſtomachum acceptâ perfoſſus luſtrantem moribundos è ſociis Sacerdotem impensè rogat à peccatis abſolvatur. abſolutus equo devehendus in oppidum Chriſtiano cuipiam committitur. Inter eundum animi deliquio correptus in terram prolabitur: cùmque nulla daret viventis indicia à comite deſeritur. Sub auroram inſequentis diei ſibi redditus pedibus manibuſque quatuor ipſos dies proreptat, at in oppidi limine rurſus deficit. concurrunt cives & ſeminecem hiantiaque latè vulnera contemplantur de efferendo muſſitantes; ſed ecce ſubitò in pedes erigitur, redeunt momento vires, ſanum ſe exclamat, attonitis qui adſtabant omnibus.

 dolor

dolor & languor abſceſſerant ſolæ cicatrices prodigii teſtes eæque ſublividæ remanſerant.

Iuſto volumine opus ſit ſi hujuſmodi prodigioſas curationes recenſere voluero. P. Ioſephus Oregius reductionis præſes litteris 13. Martii 1637. datis, dici non poteſt, inquit, quàm multi ſacrorum myſteriorum beneficio, Baptiſmi, confeſſionis & olei ſacri ſanitatem ſive animi ſive corporis receperint. familiare fuit & propè quotidianum aquis luſtrare moribundos oleove ſacro inungere ad mortem qui luce poſterâ incolumes cernebantur.

Singularia divinæ clementiæ exempla.

MIrabile eſt quod de ſene depontano narrat. quadraginta & ampliùs leucarum iter vir ſenio gravis confecerat Numine haud dubiè protegente. licèt enim Barbaros nece Patris Chriſtophori efferatos quique in obvios nullo ætatis ſexuſve reſpectu ſæviebant plus vice ſimplici incurriſſet innoxius evaſerat. Hunc Pater intuitus demirari ſatis non potuit divinam œconomiam cùm præſertim itineris longi ſeriem varioſque caſus bonus ſenex retexuit. Igitur nihil de illius vocatione addubitans præcipua fidei myſteria exponit ac eodem die Baptiſmum impertit poſtulanti.

poſtre-

poſtrema fuit vitæ mortalis dies, luce inſequenti corporis ergaſtulo ſolutus ad immortalem commigravit.

Sæva lues latè regionem depaſta ad nongentos in hac una reductione Chriſtianos abſumpſit omnes ſacrorum myſteriorum præſidiis communitos. Ethnicos præterea ducentos quadraginta duos qui in pari vitæ diſcrimine petito acceptoque baptiſmate æternam fœlicitatem iniere.

Severitatis nonnulla.

INdi conjuges Ethnici ambo ſic abhorrebant à fide ut vel aſpectum templi refugerent. Habitabant in proximo multique ex domeſticis frequentes itabant in templum, ipſum illi aditum ignorabant. perdiderat Pater oleum & operam in emolliendis induratis pectoribus. Redeuntes lignatu ambo in ipſa via gravem in morbum incidunt derepentè; advolat Pater continuò, ſed nullâ ope vel induſtriâ ullum ſanæ mentis indicium elicere potuit. quare poſt paulò miſerabilem in modum periere ambo.

Alios item duos in ea mentis pervicacia prioribus non abſimiles poſtquàm à cæterorum conſortio monitores exoſi ſeceſſiſſent ſimili

prorſus ſorte peſtis repentina ſuſtulit. Quand
hujus reductionis ſitus hoſtiũ pateret injurii
re cum ſociis Indiſque priùs agitatâ mutar
ſedes placuit: tutior viſa Nativitatis reducti
quippe fluvio diſcreta, huc commigratum
Non latuere hoſtem conſilia, ad flumen ac
currit infeſtus: at ubi noſtros in pugnam para
tos advertit nullo illato damno retroceſſit.

CAPVT XVI.

Reductio Nativitatis Beatiſſimæ Virginis.

ANTIQVAM coloniæ hujus ſedem mul
ta commendabant; hanc etiam plu
ra. Iucundi juxta ac fertiles rivul
terrã interſecant, prata pinguia ſatis uberrimi
diſtinguuntur, hinc colles ſylvis virentes ind
montes pecoribus propagandis apti conſur-
gunt grato incolis ſpectaculo qui ſuo ſe fœli-
ces exilio prædicant: at longè fœliciores Pa-
tris Alvarii præſentiâ qui è ſociis hac in regio-
ne tota unicus eſt. Naſcentis coloniæ curam
geſſit Paulus Benavides vir ſalutis Barbaro-
rum ſitiens quàm qui maximè. Anni ſpatic
quo apud illos fuit mille ducentas familias ſta-
bilitas

bilitas egregiè numeravit, Christianos duo millia quinquaginta, absque illis qui ab anno 35. tanto concurrrêre numero ut censeri nequiverint sæviente vel bello vel pestilentiâ. Quæ interim contigere needum in tabulas relata ad annales sequentes remitto.

Fœlices labores Patris Pauli Benavides.

ILlius laboribus laus major debetur quàm proposita brevitas patiatur; is pondus diei & æstus portavit dum pestilentiæ aliorumque morborum vis desæviit; innumeros Christo conciliavit è quibus plures quingentis simul post haustas salutares undas in cælum præmisit.

Venit cum uxore & liberis quatuor Indus multorum milliarium itinere impellente mortali nemine ut sese cæteris aggregaret. Ipso adventus die fœminam morbus afflixit. invisentem Paulum intuita: gratus ades, inquit, mi Pater, è longinquo tecum actura adveni ideò ut me Dei filiam efficias. id unicum mihi est in votis idcircò patrios lares, commeatum domesticum & supellectilem, amicos & familiares meos deserui. Edoctam breviter quæ ad Baptis-

Baptiſmum neceſſaria, luſtravit Paulus. tum ad virum converſus, nunquid & tu, ait, Chriſtum amplecti deſideras? quorſum ego hu cum liberis, ſubdit, niſi ut Chriſtum complectar? ſatis percepi quæ modò uxorem meam docuiſti, eadem ipſe profiteor, me ſi lubet pariter initia. quamvis ægrotaret leviter acquievit Paulus; tantus erat poſtulantis fervor. nec ſine Numine id factum; eâdem inſequentis diei horâ è vivis exceſſit uterque. parentes mox ſecuti liberi tres fœlici fato, ſuperſtitem quartum quadriennem tantâ curâ & ſtudio eduxit Pater ut Parentibus orbatum fuiſſe profuerit. Alterius item pueruli votum preceſque de ſuſcipiendo baptiſmate diu eluſerat uterque parens. multorum animis perſuaſio inſederat Chriſtianis ſacris mortem præproperam parvulis acciri. fortè domum veniens Chriſtianus vociferantem flebili voce puerum Patremque inclamantẽ de Baptiſmo, ſublatum in humeros fruſtra reclamantibus parentibus ad ſocios defert tingiturque ſub veſperum (nam catecheſi quotidianus auditor intererat) diei inſequentis manè placidè decedens ad Superos abiit.

Idem exoletæ vetulæ contigit quæ octogeſimum annum exceſſerat. hæc cùm dictitaret ſibi mortem in votis eſſe quò Deo frueretur

poſtri-

postridie quàm salutis undas hausit dormienti similis è vivis excessit.

Magni moliminis est novis è reductionibus inveteratas superstitiones eximere Barbaris in ortu obituque suorum familiares. anus antiqui tenaces reliquos in errore fovent ceu ceremoniarum magistræ. ubi prodeunt in publicum, comas laniant, humi resupinæ procumbunt, terram commordent, gemunt, ululant. Tum bacchantibus similes quasi si mortem aspexerint arcu correpto sagittas quaquaversum sed in solem maximè contorquent.

Caciquius nobilis Christum recèns professus ejusmodi vetulas complures inter suos numerabat. Is de vita periclitans cõvocatos subditos gravi oratione obtestatus est ne obitum suum superstitiosis ejulatibus & lamentis prosequerentur. hinc magnum in funere silentium quamvis omnes domini mortem acerbissimam sibi accidisse uberibus lachrymis testarentur. Hujus reductionis convenæ vixdum Christianam pietatem edocti sacro fonte needum expiati fuere in pauperes quosque profusi peregrinos excipiebant humanissimè, ægros munusculis solatioque sublevabant. Quæ liberalitas divinam haud dubiè munificentiam incitavit ad præclara refundenda beneficia.

Quæ

Quæ in hac reductione gesta ad arcendos hostes.

TRanslatis incolis reductionum trium a
Nativitatis sedem seriò à Patribus actur
de arcendo hoste si fortè fluvii transitum ten
taret. de communi sententiâ fœminæ & puei
cum reliqua imbelli plebe nec non quæ incen
dio erepta templi supellex in abditos mon
tium recessus deducti. Agnovisses Ecclesi
nascentis imaginem : sic olim quæsiti ad ne
cem Christiani tyrannidi cedentes latebra
quæritabant. periculo subductâ imbelli turb
validum canoarum (navigii genus est) præsi
dium in littore collocatum, statuti specula
tores, exploratores quaquaversum missi, &
positæ locis opportunis insidiæ quæ ex impro
viso palabundos carperent, utili sanè consi
lio: ab insidiantibus sæpè intercepti hostes no
parum imminuti.

Interea circumvolante famâ falsaque ut fi
miscente veris omnia turbavit pavor. mult
fugâ elapsi vanum timorem quem ipsi temerè
conceperant circumtulere. fugientibus incoli
reductionum de las Sierras, del Caaro & Can
delaria quæ procul erant à periculo deserta

passim

ſſim oppida tuguriaque abſumpta cum an-
nnæ parte ne prodeſſent hoſti. In hac pertur-
tione mira Dei providentia eluxit; qui à
ncto Caroli & Apoſtolorum fugerant à Pa-
nenſibus Chriſtianis ſummâ humanitate ex-
pti in Parana tutiori videlicet, fixere ſe-
em. qui è citeriore plagâ magnam annonæ
m reperere ingens exulibus ſolatium. Adeò
rò crevit cladis ob hoſtibus acceptæ rumor
t multi colonias omnes montanas deletas,
onvenas in ſervitutem abductos affirmarent.
lii Chriſtianos cum Patribus iugulatos varia-
ue in illos exercitæ immanitatis indicia tan-
uam teſtes oculati referebant.

Necdum ſubſederat timor ab externo ho-
e cùm à domeſtico gravior incubuit. ubi
ompertum Veneficis fuit fortiſſimum quem-
ue in ſociorum auxilium abiiſſe collectis ra-
im copiis armatos circiter mille quingentos
ducunt cōſilium fuit reductiones SS. Coſmæ
& Damiani, Michaëlis item Thomæ & Ioſe-
hi invadere ſocioſq; cum gregibus ſuis quip-
e defenſoribus nudos opprimere.

Vene-

Veneficorum immanitas.

GEns nulla orbe toto crudelior, tygres verius quàm homines. domus illis rupium spelæa, cibus humanæ carnes, quas sagaci nare per avia & invia ceu feras indagant nulloque ætatis aut sexus respectu in epulas apponunt. Eroüaca ex illis unus potentiorem alterum cum patre fugiens haud procul à S. Anna in aspero monte constiterat, cùmque non occurreret peregrina præda, sororem suam primùm ac deinde uxorem devoravit. tum interceptam cum puerulo Christiano matrem & subinde puellam alteram. postremam vix jugularant cùm Christiani tres (ægros fortè conquirebant) Barbarorum antro vicini carnis nidore percepto helluones deprehendunt & insequuntur fugientes. filius cibo fartus ac distentus comprehensus, agilior pater evasit. Iacebant circum fœdæ cæsorum exuviæ, crania ossaque nuda hinc inde sparsa, misellæ quæ postrema perierat caput, manus, pedesque contis affixa, reliqua absumpta præter viscerum partem quibus molossos alebant. ubi pervenit in oppidum omnis se multitudo ad visendum immanitatis monstrum effudit. rogatus quorum essent ossa quæ Christiani retulerant,

ılerant, ordine diſtinxit ſingula; faſſuſque
ſt alios præterea reductionis hujus incolas à
abſumptos quorum oſſa abſconderat. pue-
ıli Chriſtiani reliquiæ in templo, cæterorum
libi jubente Patre Oregio tumulatæ, Barba-
ıs licèt omni ſupplicio digniſſimus in Para-
am relegatus: neque enim præter Oregium
acerdotem alius aderat judex qui reum vel
amnaret vel plecteret quamvis ejuſmodi
ıonſtra tollere de medio expediat quæ nun-
uam immanitatem dediſcunt. Alter nihilo
umanior diſcipulorum ſtipatus catervâ vicu-
ɔs circumcurſans ad mimica ſpectacula con-
ocabat plebem. in circulis artis ludicræ ma-
icæque miranda, qualia torres ore mandere,
rdentes prunas innoxiè contrectare, corpus
ontorquere, inter tripudiandum oſtentabat
inguiorem è ſpectatoribus oculo deſignans
ı quem irrueret cultroque confoſſum pro-
terneret. tum diſcipuli horrendo ſubitoque
lamore agebant ſpectatores in fugam rei no-
itate attonitos, & tandem in prædæ par-
em feralis inquam convivii veniebant. Cum
ſtiuſmodi belluis res erat: imminebant redu-
ctionibus quibus tutandis nullus ad arma ap-
us ſupererat; nec ſinebant temporis anguſtiæ
mbellem turbam periculo ſubducere. qui ſin-
uli in ſingulis coloniis remanſerant ſocii,
quod

quod unicum restabat, ad preces & sacrifici corporisque afflictationes quà publicas qu privatas conversi Superorum patrocinium ex perti sunt: quippe immissâ divinitùs formidi ne adeò consternati sunt Barbari, ut Christia nos quos omnes ad arma ineptos scirent no tantùm non invadendos sed continuò fugien dos censuerint.

Recedunt Brasilo Lusitani. Cædes & sacrilegia ab iis perpetrata.

ACceptis de Brasiliensium invasione nun tiis è Collegio Assumptionis quod lu straveram discessi extractâ in annum Vruayen si & Paranensi profectione quò Christianis so ciisq; afflictis vel solatio vel auxilio adessem

Iter ingressus cum certiora de hostium co piis comperissem Blasium Fernandez sociun rogaturum auxilia ad Assumptionem remisi nihil à præfecto urbis nihil à copiarum Duc impetratum, negante utroque militem ad tu tandos fines mittendum quando periculun foret ne ad interiora penetraret hostis. Hi aliisque calvis excusationibus delusus Fernan

de

dez itineribus quàm potuit maximis rediit. Itaque quærendum à cælitibus rati quod ab hominibus negabatur auxilium, post preces & sacrificia patronus delectus est S. Xaverius Indorū Apostolus eò majori in illius patrocinio collocatâ fiduciâ quò spes minor in humanis superesset. Interea præmisso è sociis qui incolas à fuga contineret exploraretque quò demum res essent loco, ad S. Ignatii coloniam recta contendi. Vbi ad portum de Atingui ventum res in deterius ruere comperi ex sociorum litteris quibus illata ab hoste damna nec non reductionum del Caaro & Candelariæ excidium exponebant. Post ab urbe de las Corriētes P. Ioannes de Porras mœrens advenit unde frustrà suppetias quæsierat. communicatis consiliis Itapuam & Vruay prætervehi placuit. mox adverso flumine navigātibus occurrit P. Iosephus Domenechus imminentem fugiens hostem comitantibus Indis aliquot. Dolorem quem ex primo miserorum conspectu conceperam vehementer auxit mœsta Patris narratio quâ reductionis suæ stragem exposuit & fugientium numerum qui ad mille quingentos & amplius in altera fluminis ripa lassi cōsederant. Accessi exulum turbam quàm potui citissimè, cùmque Itapuam cogitare cognovissem tantisper subsistere jussi, donec

N cum

cum Itapuanis ducibus & Caciquiis egiſſem. Nihil oratione opus ad ſuadēdum. profusâ & verè Chriſtianâ liberalitate domicilia, annona & quidquid recreandis gratiſſimis hoſpitibus facere poſſet ultrò oblata.

Itaque ſub lucis crepuſculum renavigato flumine his exules nuntiis non mediocriter exhilaravi. tum diviſo in capita commeatu & munuſculis verſus las Sierras ubi conſtiterat hoſtis progreſſus ſum. progredienti nuntius adfertur PP. Hieronymum de Porcel & Paſchaſium Garçiam cum incolis de Caaro conſtitiſſe in proximo. Egi cum Caciquiis S. Ignatii & Corporis Domini comitibus meis inde uſque à portu Atinguenſi de deducendis in reductiones ſuas exulibus. aſſenſi ſunt perlubenter & operam in id ſuam fortunaſque omnes obtulere quàm humaniſſimè. commodiùs nuſquam excipi poterant; utraque enim reductio & fertilis eſt in paucis, & incolas habet ad humanitatē Chriſtianam factos. His in eum modum fœliciter peractis ad unum milliare proceſſum ad uſque fluminis anguſtias ubi mens fuit noctem tranſigere ad apricum montis, ſed à tygride latè nemora ululatu horrendo cōmplente quieſcere prohibiti ad uſque auroram perreximus. Vixdum illuxerat cùm ingens hominum multitudo ſeſe nobis aperuit. Erant à

Caaro

Caaro profugi bis mille eoq; amplius. Recruduit animi mei mœror dum in omni rerum inopiâ destitutos aspexi qui si pace frui licuisset fœlicem prorsus vitam cum spe fœlicioris & æternæ vixissent. Quod reliquum erat afflictos solari verbis institi & quãtâ humanitate ab Yabeberiis exules exciperentur exposui. ad illos porrò bonis avibus concederent, defuturum omninò nihil. post cemplexus & mandata data Patribus coloniis S. Nicolai & Conceptionis in Vruay obversæ proræ. appulsus incolas hortatus sum ne sedes suas desererent pro aris & focis pro uxoribus liberisque fortiter pugnaturi. Inde nuntii ad colonias reliquas missi quæ secundùm fluminis oram sitę ad convenas à fuga continendos. monui inprimis hostiles copias famâ minores esse, arceri ab oppidis posse si modo arma corriperent. subsistenti mihi ad D. Nicolai adfuit P. Franciscus Molina Nativitatis reductioni à vicino hoste periclitanti suppetias petiturus. Indi selectiores septingenti continuò missi. A S. Nicolai ad Caarum progressus quàm citissimè Apostolorum & S. Caroli convenas cum Patribus Palermo & Crespo sedibus suis exactos offendi, quos omnes paucis solatus montanas versus reductiones itineribus quàm potui maximis contendi, septidui itinere non toto quatriduo

cõfecto. adeò incitabat ſociorum in montanis degentium periculum. Iam Nativitati vicinus exſcensâ navi quod reliquum erat viæ terreſtri compendio facturus montis ardua ſuperare decrevi. Vix ad faſtigium evaſeram cum litteræ redduntur ab Antonio Ruyz quibus in horas expectari hoſtem nuntiabat. Quare ne filios fratreſque mihi cariſſimos deſtituiſſe viderer in periculo eâdem nocte montis deſcenſum tentare conſtitui. Obſtitere Patres qui obviàm venerant Ioannes Auguſtinus & Michaël Sandoval. aiebant non abſque certo vitæ diſcrimine inter vaſti montis prærupta cœcâ omninò nocte erraturos. Ergo ad ſpeluncam itum ubi reconditæ ſupellectilis ſacræ reliquię lucis operiendæ potiùs quàm quietis causâ: vetabat quippe quieſcere fratrum ſollicitudo. latebant in horrida illa ſolitudine Chriſtiani permulti tẽpeſtatis exitum præſtolantes. quàm aptè tunc dixiſſes quod olim in ſimili ſcriptura: Egentes, anguſtiati, afflicti in ſolitudinibus errantes in montibus & ſpeluncis & in cavernis terræ. primo diluculo in frequenti Chriſtianorum exulum coronâ litatum, poſt per inacceſſos ferè calles & pręrupta montium ad Nativitatis deſcenſum, ubi magno animi ſenſu P. Antonium Ruyz & indigenas reliquos qui ad defenſionem remanſerant ſumus amplexati. Coacto

acto subinde Patrum & Caciquiorum concilio deliberatum præstaretne hostem ultrò aggredi an aggredientem amoliri. postremum placuit; quippe tutius & paternitatis tuæ mandato consonum magis. Ergo constitutis quæ ad loci præsidium spectabant, copiæ mittuntur quæ ducibus Ioanne Augustino & Bartholomæo Cardenosa sociis reliquias IESV MARIAE & S. Christophori colligerent Candelariam versus amittendas addito in commeatum itineris boum numero. Inde exploratores ad S. Annæ dimissi. erat sententia cominùs adire hostem ut si fortè ostensâ belli quod gerebatur iniquitate intentatisque Dei vindicis minis moveretur, à proposito deterrerem. At cõperto movisse ad desertam stationem cum copiis sociisque omnibus itum. strata passim truncis corporibus compita, cadavera revulsis cervicibus fœda, omnia sepulchro donata Christiano ritu. post ab Inda muliere cognitum idcirco tam atrociter in quatuor postremos sævitum quod præstantibus formâ puellis aliquot libidini reservatis fugam adornassent. Hinc ad S. Christophori progressi, ubi viginti Christianorum corpora qui in nupero conflictu ceciderant terræ mandata, suos avexerat hostis cladis acceptæ testes. progredientibus fœdum occurrit spectaculum. Eth-

nica puella horrendis vulneribus totum concisa corpus jacebat. vulnera scatebant vermibus; spirabat tamen misella, atque ad adventum nostrum oculos aperiens iis se vulneribus à Tupio velut animi causâ deformatam ac pro mortuâ relictam exposuit, moxque resumptis viribus eò usque proreptasse Sacerdotem quæsituram. obligatis vulneribus cum de vita periclitaretur sacro fonte lustrata est. post paulò tristius etiam spectaculum occurrit. fœdissimis concisum undique vulneribus hiabat cadaver, resectæ ab humeris cervices, brachia pedesque revulsi, diffissum pectus viscera fundebat. fortè id ad terrorem ab hoste factum. Haud procul à Nativitatis oppido Christiana mulier ægrè animam trahens confessione expiata statim ad Superos abiit. Inde ad loca quæ hostis insederat promota acies, laniati, trunci, semiusti jacebant plurimi, vivos non paucos igne crematos argumento est, quod ustulata mulier geminam prolem mortuam mortua item ipsa inter ulnas stringeret. habuit quo ultra progrederetur immanissimorum hominum (si homines appellare fas est) impietas. templa cum imaginibus redacta in cineres, direpta vasa, altare sacrum sordibus & humano sanguine fœdatum, ubique relicta crudelitatis vestigia. posteaquàm compertum fuit

retro-

retrocedere hostem, relicto in hac reductione viro strenuo ac forti coadjutore socio cum copiis ad profugorum præsidium, exercitum reducere placuit ad stationem pristinam. Inter eundum reperta est vetula cui facies caputque à Barbaris crudeliter contusa horrendum in modum intumuerant. hoc feritatis genere frustra conatis vitam eripere consilium fuerat stramineâ conclusam casâ cremare, sed cùm sæpiùs flammas respuisset aridissima quamvis materia re infectâ abscesserant Christianorum copias jam imminentes veriti. Illã, non sine admiratione de suavi Numinis providentia, volentem salutaribus aquis tinxi. Vt primùm à metu respirare datum de communi Patrum sententia Antonius Ruyz missionis præses ad regium Senatum proregemque, subinde etiam in Europam ad Regem cum litteris delegatus ut tanquam testis oculatus positâ ob oculos impiorum hominum immanitate Regis regiorumque administrorum clementiam imploraret. Quod ut fieret magis efficaciter missus est in Peruviam Iacobus de Alfaro in id à Senatu regio litteras petiturus, post Antonio comes in Europam futurus. Petrus Romero ad Apostolorum, de Mola ad Iesv Mariae, ad S. Annæ Ioannes Augustinus dimissi qui dissipatos colligerent afflictosque

ſolarentur. Ego verſus Paranam ſolvi, luſtratiſque in tranſitu reductionibus montanis decrevi ne quis abſque commeatu ex Vruay diſcederet; reſiduis veſtes aliaque munuſcula coloniis ſingulis ſinguli Patres (quod maximum miſeris ſolatium) diſtributi. Idem in Candelaria & Caaro factum, illic P. Palermo hîc Adrianus Creſpo & Ioſephus Oregio relicti. Supererat una ex montanis S. Nicolai reductio. præerat Sylverius Paſtor ſocius cujus ſtudio & induſtriâ conſtructum affabre templum ſtatim ab adventu meo conſecravi ſolemniter, magnâ concurrentis undequaque populi frequentiâ & tutelari divo ſecundùm Deum dicavi ex incolarum voto. è reductionibus vicinis acciti muſici, aulædi, fidicines habitæque ad multitudinem orationes ſolemnitatem celebrarunt aucta vehementer omnium lætitia ubi feſtivo muſicorum plauſu collocatum in altari ſummo Venerabile Sacramentum. collachrymabantur præ gaudio plerique quod poſt adeò ſævas tempeſtates ſereno hoc ſole & pacis tranquillitate frui contingeret.

Solemnitate peractâ dimiſſiſque in Paranam Antonio Ruyz & Iacobo de Alfaro iter adornandi gratiâ naves conſcendimus. In ipſo fluvii tranſitu orta repentè tempeſtas, navicu-

lam

lam quâ vehebamur fluctibus involvit, ingentemque arborem capitibus imminentem nostris summâ vi evulsam à littore in medium flumen projecit, nullo (quæ Numinis gratia fuit) naufragorum damno. inexpectata sudo cælo procella haud dubiè cacodæmonis invidiâ frementis opus fuit Et verò in memoriam continuò rediit idem olim evenisse post Eucharistiam sacram in S. MARIAE de Yguay tēplo solemniter collocatam.

Ad S. Xaverii appulsus optatissimos nuntios accepi de P. Ferrusini Procuratoris sociorumque adventu. continuò in S. MARIAE del populo cantatum Eucharisticon solemne *Te Deum*, & virginis Deiparæ insignis imago in eodem templo locata.

Inveni in Parana Patres octo. duo sese accingebant ad iter in Europam, reliqui sex me excepturi convenerant. propositâ de priorum discessu consultatione cēsuere omnes legationem P. Alfaro in Peruviam atque inde in Europam differendam: neque enim inclinatâ jam navigandi tempestate classem assequi poterat. Itaque solus Antonius proficisci jussus. visum præterea congregationem provinciæ trimestri to o maturandam; dies dicta ad 22. Iulii anni 1637. quippe ad constitutum antea tempus consueverat hostis irrumperre; quod si fortè

sociis

sociis absentibus contigisset actum de reductionibus fuisset.

Sub hæc inter spem metumque versantibus boni nuntii bajulus adfuit P. Ximenes hostem Paulopolim recedere. una omnium vox fuit id reductionum harum tutelari S. Xaverio precibusque coram Venerabili Eucharistia ubique ad Deum fusis referendum.

Appetebat verni jejunii tempus, quo cùm sociis vel in habendis ad populum verbis vel excipiendis pœnitentium peccatis utilis esse possem subsistendum mihi esse duxi. Ampla laboris seges fuit, major laboris merces ingens animi voluptas ex perspecto Neophytorum ardore doloreque pœnitentium, planè ut cum Servatore sæpiùs exclamarim: *Non inveni tantam fidem in Israël.* Post Christi resurgentis solemnes ferias Cordubam versus soluturus Patrem de Alfaro montanis reductionibus præfeci.



CAP.

CAPVT XVII.

Reductio S. Joachimi.

QVod nullum cum aliis coloniis cõmercium habeat, & longiore quàm alibi intervallo habitent indigenæ facilè omnium laboris feracissima est S. Ioachimi reductio.

Consuetudo Barbara.

ADde gentis feritatem quàm vel ex hac unica consuetudine perspicias. Si fortè ex consanguineis aut affinibus quispiam morbo graviore tentetur, is etiamnum vivus inhumatur à suis nullo patris matrisve respectu. quodque mirandum magis si vires suppetant ipsi sese in tumulum demittunt ægri componuntque defuncti in modum : tum propinquiores certatim humum congerunt suffocantque jacentem.

Inaudierat Suarius reductionis præses Ethnicam fœminam languere ex morbo, ad quam dum citato gressu se confert sepultam aut veriùs obrutam intelligit eo quo diximus modo.

Igna-

ignarus loci in quo condita foret inter ambu
landum audire ſibi viſus eſt fuſcam gementi
vocem. Comites interrogat nihilne & ipſi per
ceperint & aure ſonum attentiùs explorat. in
audit rurſus & indicio ſeſe attollentis gemitu
ad ſepulchrum pergit viventemque effodit
dixiſſes illius præſenſiſſe adventum, continu
os oculòſque aperit & Patrem qui ſe Chriſtia
no ritu abluat requirit. arcanorum fidei era
non omninò rudis; itaque ſine mora Baptiſm
luſtratur & animum exhalat.

Luctuoſus Ethnici contumacis obitus

NOn tam præclarè cum alio actum, quem ut primùm ęgrotare inaudiit Suarius ali quot milliarium itinere convenit; verùm Bap tiſmum exoſus latebras quæſierat. Quid hîc agat ſtudioſus paſtor ? perditum conquiri quaquaverſum ac tandem latentem depre hendit. Vrget Pater, corporis animique pe riculum exponit. diſſimulat ipſe morbum negatque, nec jam Baptiſmo opus eſſe ait. contra Pater non obſcura morbi gravis indi cia objiciens nihil non agit quo induratum flectat. fruſtra fuere conatus omnes : quippe uno eodemque reſponſo objecta eludebat omnia : nihil jam Baptiſmo opus, ad ædem

ſe

poſt iturum, nihil urgere modo, & ad ex-
ꝫmum alterius ſe eſſe mentis. vixdum è late-
·is Pater & miſer è vita exceſſit.

Hujuſmodi multa conſultò prætereo ne vel
ctori faſtidio ſim vel dolori ſociis, peritis
mirum animorum æſtimatoribus quibus ea
ctura non niſi gravis eſſe poteſt. habent ta-
en doloris lenimentum ſi pauculorum jactu-
m cum ingenti proborum multitudine com-
ɔnant. argumento ſit quod in hac una colo-
a non magno temporis ſpatio ſexcentæ fa-
iliæ manſuefactæ primùm & ſtabiles deinde
iam conciliatæ Chriſto cenſeantur, capita
us mille ſeptingenta, candidati pænè innu-
ıeri. Porrò ad ſui in fidem ac humanitatem
ıimi indicium ſacræ profanæque ædes ele-
ınti opere ac ſolido extructæ, ſuum præſidi
omicilium aſſignatum, exculti diligenter agri
on ſine ſpe copioſæ meſſis quod permagni
t ad ſtabiliẽdos incolas momenti. licèt trans
ıontes ſita ſit reductio ab aliis bidui ut mini-
ıùm intervallo; auſus uſque eo hoſtis penetra-
ꝫ cum parte copiarum ſed ſuorum ſtrage non
arvâ temeritatis ſuæ pœnas dedit. poterat ea
lades ad vindictam provocare hoſtem ſat
ɔonte ſanguinis avidum: itaque ne copiis au-
tus rediret mutare ſedes placuit ex præſidum
onſilio. pars in S. Thereſæ, pars in divi Chri-
ſtopho-

stophori colonias minus injuriis opportunas secessit.

CAPVT XVIII.

Reductio S.Theresiæ.

PERAEQVE nihil ad reductionum stabilitatem facit ac annonæ copia. Gens hęc continuis agitata bellis eoque sæpiùs coacta mutare sedes mirum quanto afficiatur gaudio si terram colere suoque sibi labore victum parare possit. Sub hujus coloniæ initiis mira eluxit Numinis providentia: quo tempore victus alias deficiebat vel maximè, in hac frumenti, pisorum, milii ac leguminum affatim fuit non incolis modò, verùm etiam advenis qui è montibus Capyriis fluviisque Tibiquario & Cariroy turmatim confluebant.

S. Ioachimi reductio plus mille Indorum familiis est frequens, Christianis mille ducentis, puerorum schola capitibus sexcentis, è quibus universè nongenti pestilentiâ sublati.

Varia divinæ prædeſtinationis exempla.

E Multis pauca, ne longior ſim, ex litteris Ximenii coloniæ præſidis ſubtexo. In ani-um, ait, induco meum non minorem fuiſſe uctum laboribus quos deſæviens peſtilentiæ rus peperit. hæc ſupremi Patrisfamilias meſ- fuit. dici non poteſt quot quibuſque viis culis hominum ignotis electorum manipulos ongregarit. Innumeri ſunt qui fortuitò, ſi hu-ana ſpectes conſilia, ad ſalutis undas perdu-i ſimul ac abluti fuere vitam mortalem cum mortali fœlici planè ſorte commutarunt.

Percrebuerat paternus amor quo ſocii ex-piebant quoſlibet. egentibus alimenta ſuffi-re, in morborum mortiſque adeſſe anguſtiis ma vulgaverat. Concurrere ad oppidū mor-les innumeri integræ turmatim familiæ, non-unquam etiam vici non infrequentes con-uere, è quibus permulti ſtatim atque ſaluta-es aquas hauſerant excedebant in cælum.

Iuvenis peſte correptus dum in oppidum ergit à comitibus deſeritur. exacto inter a-erbiſſimos dolores triduano jejunio, alte-ius tridui ſpatio manibus pedibuſque oppi-dum

dum versus proreptavit sufficiente vires qu
vocabat Deo. sexto demùm die ab Indo fort
repertus est & de re admonitus Ximenius. Ac
curritur illicò eodem qui repererat ductore
sed inter difficiles viarum anfractus nocte tot
aberratum, donec primæ lucis beneficio in
ventus est humi projectus & pænè exanimi
abituriente spiritu. recreatus tamen est ign
vinique calore & usque eo detentus animu
dum & fidei arcana edoceri & Baptismo ex
piari potuerit. tum veluti accepto symbol
statim ad Superos abiit.

Fuit qui pestilentiæ metu paternâ domo re
lictâ in Ethnicorum pagum secederet. Verùn
frustra te servaveris nisi à Deo servaris. i
mortem quam fugiebat incurrit, peste corri
pitur, diffugiunt pagi convenæ & ad S. The
resæ pars maxima veniunt. hîc Christo pri
mùm conciliati, subinde etiam sæviente mor
bo de medio sublati cælo inserti sunt obit
Christianè vitâ. ita hi veluti fortuitò incurrê
re in vitam immortalem dum temporanean
fugiunt mortem; ille temporaneam & immor
talem vitam perdidit dum plus æquo timui
mortem.

Xime

Ximenius in remotas regiones excurrit.

INterea dum maximè furit peſtilentiæ virus aſpera rupium iuga fluvioſque pænè inacceſſos perluſtrabat Ximenius, nec parvo operæ pretio. audiamus loquentem per litteras. tertio idus Ianuarias anni 1635. ex S. Thereſiæ in eas regiones profectus ſum quas tua Rª. mihi luſtrandas mandaverat ad fidei facem inferendam. dies quatuor & viginti ea peregrinatio tenuit itineribus ſanè difficillimis ſiue mõtium aſperitatem denſitatemque ſylvarum, ſiue fluviorum fallacis alvei frequentiam ſpectes. quinto die canoâ quam Indi comites humeris attulerant navigari cœptum. ſexto Imbocariroy flumen ingreſſi progreſſique bidui itinere ad Tibiquarium amnem ac inde triduo ad Imboaparim pervenimus, hîc canoa relicta; quippe exigua amnis altitudo navim reſpuebat. Toto navigationis decurſu frequenter in vicinas valles, ſylvas, rupeſque quæ à Barbaris incoluntur excurri. familias reperi circiter bis mille variis diſtinctas viculis. Omnes de adventu meo admodum læti divinæ legis doctorem è ſociis impensè rogarunt qui &

O com-

commodas coloniæ ducendæ ſedes legeret, &
gentem univerſam filiorum Dei albo inſcribe-
ret. Ego quod per Reverentiam tuam aliud li-
ceret nihil, ſpe auctos bono animo eſſe iuſſi
eorumque adverſus fidem animum quibus po-
tui modis confirmavi. *H*ortatus ſum impri-
mis ut fundatas legibus Chriſtianis colonia
luſtraturi redirent mecum, ſociorumque cun
Indis agendi morem coram inſpicerent. No
inefficax fuit oratio, continuò centum quin
quaginta in Viſitationis reductionem impe
tratâ priùs habitatione tranſlari; trecent
Sanctæ Thereſæ coloniam cogitant; reliqu
legis divinæ magiſtrum avidè præſtolantur
Leniebant laborem meum inſignis adverſun
me humanitas & benevolentiæ ſignificatio
Non raro naviculæ quadraginta vectoribu
ducentis & amplius graves honoris ergô comi
tabantur. incedebat claſſis ordine militari tan
quam ad pugnam, læto celeumate montes &
nemora reſonabant. ſuus cuique arcus & pha
retra, omnes verſicoloribus criſtis conſpicui
grato oculis ſpectaculo. Ex centum & quin
quaginta, quot in itinere luſtrati, pars maxi
ma paucis poſt diebus à Baptiſmo, nonnull
aliquot poſt horis vitam fœliciorem iniere
hactenùs Ximenius.

Varios montes inter & flumina populos in
viſo

visos præteriit, sat habens gentium mores & ingenia (is quippe fuit missionis scopus) relatione cognovisse.

Primæ nobilitatis Caciquius multo comitatu occurrens ursit etiam atque etiam deflecteret Pater tantillum, & fundandæ coloniæ locum describeret. subditi omnes aliique circum vici complures avidè magistrum expectabant Christi jugo suscipiendo parati. Verùm id Ximenio per me non licebat, mihi verò per operarum paucitatem. quare, quod restabat unicum, promissis gravem & spei plenum dimisit.

Multa contigere in itu redituque non injucunda lectori: selectiora duo subjungo, cætera, quia antedictis affinia, prætereo.

Naviganti adverso flumine obvia fit Indorũ navis. salutatos perhumaniter vectores, & quò, qua, unde interrogatos dimittit. Iam erant progressi pluseulum, cùm Patri in mentem venit indonatos præter morem munusculis recessisse. Itaque ne id molestè ferrent, revocantur confestim & singulis aciculæ singulæ cum hamo dividuntur. Inter dividendum advertit mediâ in navi jacere quidpiam virentibus ramis obtectum adversus flagrantem solem. Nescio quo studio ductus Ximenius ramos attollit, & mulieris spirans cadaver conspicatur.

mortuam haud dubiè credidiſſet niſi ubera ſuxiſſet infantulus pallidâ & ipſe macie deformis matre nihilo vegetior. ſuprà quàm dici poteſt gaviſus eſt ſtudioſus animorum mercator inſperato quæſtu. puerulum nihil moratus baptizavit morientemq́ue quamprimùm cælo inſeruit. Mater in proximum viculum defertur, ubi biduo edocta ſacroq́ue poſt lavacro tincta corporis & animi ſanitatem momento obtinuit

Alium in Tibiquario vix trahentem animam vetabant parentes tingi. adhibita munuſcula vix profuerant: furenti ſimilis pater inclamabat: væ væ ne quod infantulo adſciſcas malum. Ratus Ximenius piâ fraude utendum, quaſi aliud agens puerulum aſpergit Chriſtiano ritu & ocyùs domo ſe proripit. Needum redierat ad ſuos præſtolantes in proximo cùm puerulum vitâ functum intelligit.



Status

Status hujus Reductionis ante & post hostium incursionem in Paraquariam.

HVc usque non penetravit hostis, terruit tamen universos crudelitatis famâ & per via dissipavit. Erant omnes in virtutem & hu- nanitatem propensi quàm qui maximè. dixis- es non gentem Barbaram à feritate recens ad umanitatem traductam, sed avitæ retrò fidei Christianos. ita agnellis mitiores in Christia- as virtutes studiosè incumbebant qui paulò ntè leonibus ferociores nil nisi sanguinem & rales humanæ carnis epulas ardebant. modò quæ Dei est gratia) rediere omnes quos ho- ilis metus terruerat, pacata sunt omnia, cre- itque ex aliarum ruinis hæc colonia. multi ex Ioachimi, multi ex Visitationis accessere. miliæ numerantur plus mille & quingentæ, uibus omnibus hosti obsistere fortiter est a- mus. loco opportuno arx cum propugnacu- s erecta, convecta annona, puteus altè effos- s cæteraque omnia provisa ad obsidionem lerandam, dum auxiliares copiæ colligan- r.

CAPVT XIX.

Reductio Sanctorum Cosmæ & Damiani.



B ipsis reductionis hujus incunabilis Neophytorum fervor insignis fuit. Sub annum 1632. initio dato fœliciter, Barbari turmatim etiam è remotissimis plagis concurrêre. triennii intervallo reductæ familiæ ducentæ supra mille. Christo conciliati mille sexcenti. eorum verò qui exinde fidem amplexi sunt iniri numerus non potuit hostili metu perturbante omnia. copiosam fuisse messem constat P. Adriani formosi testimonio, cùm non rarò die uno sexcentos, nonnunquàm quadringentos, sæpissimè centum vel quadraginta sacro fonte expiaret. Quò magis crescebat Christianorum fervor, eò etiam magis crescebat cacodæmonis invidia. usus est præsertim maleficorum præstigiis quibus abducti complures periere infœliciter in morbis omni subsidio destituti. Minor hîc multò quàm alibi pestilentię strages, sanctorum haud dubiè præsidum patrocinio; utinam terræ fœcunditas major. Nihil ex antecedenti messe

super-

uperérat, ſpes nulla præſentis, ſatis incle-
nentiâ cæli vitiatis. Indi omnes per diverſos
atè montes ſylvaſque pabulum quærebant.
olus Adrianus cum pauculis adoleſcentibus
emanſerat. Atque ne redeuntes ſub æſtatem
onvenas ſemina deficerent, ipſe à prima luce
n noctē labore maximo excolebat agros, ap-
abatque excipiendę ſementi expensâ in id do-
neſtici penus parte, pars altera orbis puerulis
eſſit, quos pater ſummo ſtudio & amore cō-
lexus enutrivit. Collegit quem potiſſimum
ptabat laboris fructum. ubi fama vulgavit
uàm munificâ caritate egenos exciperet, con-
luxere turmatim Ethnici quos Pater paternè
eceptos ope ac liberalitate fovit, fidei arcana
docuit, baptiſmate tinxit cæloque partem
naximam morientes inſeruit. O præclaram
aboris mercedem immortales animos nō
lio pretio quàm Chriſti IESV Sanguinis æſti-
nanti!

Barbari funeſta mors.

FOeminam peſte laborantem dum inviſit
Adrianus ex variis ultrò citroque ſermo-
ibus in pellicatu paterno diu vixiſſe compe-
it prole etiam ſuſceptâ, inaudito inter Indos
celere; qui quàmvis cum affinibus & conſan-

guineis nullo respectu jungantur, à filiis & filiabus abstinent. Agnovit cum lachrymis fœditatem suam, audivit de divinis disserentem, expetiit Baptismum ardenter, ac post paulò quàm acceperat suo & Adriani solatio maximo è vivis excessit. Pellicis jactura incestum parentem velut in furias egit. domo confestim relictâ aliquandiu per saltus vagatus est; donec à filio comite quem quærebat ad necem & lanienam, ut erat juvenis manu promptus ac fortis, humi porrectus ac mactatus est sude in caput impactâ.

Prodigiosa divinæ præordinationis exempla.

PVellis duabus stipe donatis largiorem in crastinum promisit Pater eò ut ad fidem prepararet redeuntes. Abiere in vicinum montem ad colligendas radices: sed longâ fame debilitatis corporibus redire negatum. Cùm postridiè non comparerent ex condicto, subveritus Pater infortunium adolescentes præmittit qui misellas conquirant mox secuturus ipse. Iacebant ad exiguum focum sine viribus & voce. revocatus tamen est vino modico spiritus & fidei arcana proposita. assensæ ambæ singu-

ſingulis Baptiſmoque quem flagitabant luſtratæ; continuò excefſere vitâ.

Hujuſmodi ſexcenta prætereo ne tædium afferam ſimilium narratione. alterius generis eſt quod ſubjicio.

Caritas adoleſcentis Neophyti. Ethnici ſævities & infælix exitus.

ILlo uſus eſt Deus ad ſalutem multorum, hoc dæmon ad perniciem. Neophyti frater ætate major in remoto procul ſaltu jacebat inediâ victus. provolavit quantocyùs & in humeros ſublatum deportavit ad ſocios, Chriſto (quod unicum erat ægrotantis votum) conciliandum. Conciliatus eſt abſque mora, & cum inſolenti lætitia, non obſcuro fœlicitatis mox adipiſcendæ indicio continuò è vivis exceſſit. Idem officii genus Matri ſuæ procul in ſylva decumbenti, idem compluribus aliis notis & ignotis nullo reſpectu, ſucceſſu pari præſtitit. Vnicum illius à mane ad veſperum ſtudium, unus labor ægros inveſtigare, repertos in oppidum humeris deferre, ne Chriſtianis præſidiis deſtituti decederent. Multorum vox erat non poſſe abſque Numi-

Numinis auxilio peculiari corpora morbis & ætate gravia à tenero adoleſcente per diſſita locorum ſpatia difficileſque viarum anfractus deportari.

Longè diſſimilis alter ægros domeſticos ceu pecudes negligebat, ut præfeſtinatâ morte raperentur abſque baptiſmo. Barbarum hominis ingenium delinire ac demereri modis omnibus ſtuduit Adrianus. filioli duo veſte primùm donati ſubinde etiam alendi domi ſuſcepti. domeſtica ſupellex penuſque aucti. nihil promotum. Poſtquàm omnem movit lapidem ut filios abduceret clam cum uxore ſe ſubduxit. Veritus Adrianus ne ſe perditum irent ſuis ipſe manibus ipſorum agrum excoluit ſevitque & per nuntios admonuit reverterent domum. Revertêre ambo ſed non niſi adultâ meſſe, quam ubi collegerunt, abiere iterùm relictâ domi matre morti proximâ quæ infœliciter obiit Chriſtianis expers præſidiis. Exitum haud diſſimilem ſortiti ſunt immites in parentem filii. uterque coniux uno eodemque tempore peſte correptus unâ eâdemque horâ interiit.

Nihilo mitiorem Dei vindictam experti plures alii qui paſtoris optimi vocem exoſi procul ab ejus conſpectu abierant. hi enim nequidquam expetito quod contempſerant baptiſ-

baptiſmate miſerabiliter periere. Diſſipatis fame convenis ancipites erant ſocii eſſetne in proximæ meſſis tempus divorum tutelarium ſolemnitas extrahenda. Evicere qui negabant, nec ſine Numine. Quippe ubi feſtivitatis fama percrebuit ingens mortalium factus eſt concurſus, quibus Pater epulum appoſuit carne milioque in capita diſtributis. Erant inter illos Ethnici complures ægri quorum octoginta, Chriſtianis primùm, ſubinde etiam beatis interveniente fœlici morte adſcripti.

Exactâ meſſis ubertate inediâ hoſtilis terror reverſos incolas iterùm compulit in montes. ſed redditâ poſt tempeſtatem pacis ſerenitate reverſi omnes cum gaudio in excolendos agros alacriter incubuere.

CAPVT XX.

Reductio ſancti Michaëlis.



INTER Tapias prima fuit. fidem primus intulit Pater Chriſtophorus de Mendoça morte pro Chriſto obitâ illuſtris Atque uti ſingulari prorſus gratiâ valebat in fundandis coloniis, brevi mille ducentos, Chriſtianos verò bis mille recenſuit qui omnes frequenti Sacramentorum

usu & virtutum Chistianarum exercitio profecere ad stuporem. fœlicem hunc rerum cursum abrumpere aut saltem retardare tentavit cacodæmon, verùm infestissimi hostis tela in assleclarum ejus perniciem recidêre. quippe hujus reductionis Christiani Patris sui amantissimi nece exacerbati non perculsi, sumptis unanimiter armis præclaram de Veneficis victoriam reportarunt, atque adeò de ipso sceleris authore insigniter triumpharunt.

Christi patientis & Deiparæ nec non S. P. Ignatii imagines prodigioso sudore diffluunt.

FVere hæc prodigia prænuntia impendentium calamitatũ. Revertens peregrè Christophorus imaginem quæ Servatorem ad columnam flagris concisum coloribus exprimebat copioso sudore diffluere advertit. Extersit semel iterum ac tertiò reverenter linteoque humorem excepit. Quidni optimus IESVS tot animorum sui sanguinis pretio emptorum jacturam præsenserit? Et verò mox desæviens virus & immanissimi hostis furor heu quantam in hoc ejus ovili stragem edidit! Ac ne dubio

dubio superesset locus, sub idem tēpus (quod collatis temporibus compertum) in S. Spiritus Brasiliæ urbe Virginis Deiparæ & S.P. Ignatii effigies duæ prodigioso humore perfundi visæ magnâ populi ad spectaculum concurrentis admiratione.

Observantia Christianorum erga Patres & erga res sacras præsertim Synaxin reverentia.

INcredibilem amorem & observantiam in socios hactenùs testati sunt sancti Michaëlis Christiani. argumento sit quod & eorum jussa nutusque superstitiosè propemodùm observent, & in aperta mortis pericula ad Patres suos tuendos alacriter proruāt. Iam verò quod attinet ad reverentiam erga res sacras, nihil in illis desideres; adeò in excipienda catechesi, concionibus frequentandis, usurpando confessionis Sacramento assidui sunt. Elucet in plerisque Eucharistiæ ardor eximius. Quotquot ad cælestes epulas primùm admissi omnes animi recessus diligentissimè perscrutantur & vitæ totius maculas per exomologesim purgant cum lachrymis. post quoties repetenda Synaxis triduano quot hebdomadis

madis jejunio & flagris ter in corpora sæ
vientes vel minimas labeculas expiant dign
excipiendo hoſpiti tanto. Quid dicam de Dei
paræ cultu ? quotidianum ſerti Mariani pen
ſum religioſiſſimè perſolvunt neglecto citiù
cibo ſomnoque quàm ut ab ea conſuetudin
vel latum unguem recedant. Quid de fiduci
in tutelares genios ? longior ſim ſi ſingula per
ſequar ; prætermiſſis quæ antè dictis affini
ſunt, præclariora quædam ſubtexo.

Magum inſignem Chriſto concilia tum in morte graviter oppugnat cacodæmon, ſed fruſtrà.

FVit is Patris Caſtilli cruore fœdus, ſocio
rum hoſtis infenſiſſimus ; quos proinde u
audiit in Tape penetraſſe continuò ſolum ver
tit, atque haud procul à IESV MARIAE ſubſiſtē
multos artibusq; ſuis à fide avertit. Conven
tum P. Chriſtophorus eâ quâ valebat dicend
facundiâ in oppidum pertraxit, perfecitqu
tandem ut diſcuſſis tenebris oculos pandere
ad fidei jubar & dæmonē ejuraret. Poſt Chri
ſtophori necem affixus lecto de confeſſion
generali agens cum reductionis pręſide; cupio
aiebat

iebat, animum meum molestiis liberare quas
acodæmon excitat atque in id feriò incumbe-
e ut eâ quâ Christianum Deique filium de-
et morte defungar. incitabat dæmon ut ad
rtes magicas rediret, longosque vitæ dies si
nodò annueret promittebat Risit veteratoris
raudes & inania promissa generosè contẽpsit,
cceptoque supremæ unctionis oleo animi pa-
em vel potiùs inducias obtinuit. tribus post
oris acrior pugna extitit. hostis specie hor-
endâ visibilis intentare minas, spirare flam-
nas stultitiam accusare quod inungi se ritu
Christiano permisisset. exposuit æger omnia
Patri qui adstabat sicque hostem fugavit. Re-
diit tamen & grave animi deliquium patien-
em aggressus est. Atrox conflictus fuit; exsu-
dabat corpus à capite ad calcem & horrore
concutiebatur, iterabat languenti voce iden-
tidem; ô mi Deus, bone Deus miserere, parce
Deus optime, misero peccatori. heu me quàm
fœdus & flagitiosus fui! tu tamen Deus opti-
me malitiam omnem bonitate superas, parce
pœnitenti. Subinde ad socium conversus cre-
bro cum singultu eia, mi Pater, obsecro te etiã
atque etiam & obtestor pro me Deo supplica,
scelera deprecare ut à dæmone liberer, volo
volo Dei filius vivere & mori. tum oblatam
crucem, in quâ spes collocaret suas, cum im-
petu

petu arripiens & constringens, ô bona crux aiebat, fac amabo ut malus me genius deserat hostem tuum vince & protere. per sanctæ crucis merita, mi Deus miserere. Denique ad circumstantes clarâ voce; eia fratres uti Christianos, hoc est Dei filios decet, vivite constanter, nulla vos dies videat infideles & ingratos O si sciretis quàm severè puniantur qui fidem Deo fallunt! diu colluctatus est, donec tandem Deo miserante animi tranquillitas rediit tum ab adstantibus petitâ scelerum gratiâ omnes hortatus est acriter ad fidem in Deum Patresque. Post virtutum actibus horas aliquot extraxit cum Christo ejusque Matre quasi adessent, colloquens; ac tandem læto ore insolens gaudium prodente, victricem animam astris immisit.

Luctuosus Ethnici pervicacis obitus.

E Brasiliæ finibus venerat incertum quo consilio, nam Christus illi sapuit nunquam. Invisit Pater ex morbo decumbentem suaviterque invitavit ad Baptismum: cumque nihil prodessēt verba humanitatis officiis munusculisque diu Barbarum tentavit; sed exacerbabat magis; unguem dixisses in ulcere. Quin monitorem, ut aiebat, importunum

ipsum-

psumque adeò æris campani sonum exosus
procul ab oppido sese deportandum curat.
Mittit Pater primùm Caciquios aliquot quos
ipse probris oneratos indignabundus repellit
multa in Christum deblaterans. secutus est ipse
munusculis cupediisque instructus, & cum ni-
hilo magis benevolentiæ amorisque signifi-
cationibus proficeret ad Iudicis summi terro-
rem æternaque ignium supplicia inculcanda
convertitur. surdo canit. Ergo ne quid inten-
tatum relinquat, nocte totâ quæ suprema fuit
moribundo assistit; sed induratum erat cor
ejus ne audiret & sanaretur; quippe vel ipsum
Baptismi nomen & Christum Christianosque
execrans animum infœlicem expuit.

Alii quatuor morte repentinâ tolluntur.

HOrribilius est quod sequitur. Barbarus
senio gravis quod juvenculâ pellicem ab-
dicare nollet, susceptum de Baptismo cõsilium
repentè abjicit, licèt ex forma præstãti conjuge
liberos haberet plures Christũ complexos. Pa-
ter quò remotis illecebris frigescat senilis ar-
dor mulierculã per vim abstrahit. Redit illa ad
adulterum abitque furtim in villam comitante

P seně

ſene cum conjuge & è liberis uno. mittunt
luce poſterâ qui fugientes reducant; ſed om n
morte ſubitâ extinctos reperiunt. Tanti eſt v
canti Deo reluctari.

CAPVT XXI.

Reductio ſancti Joſephi.

LÆTISSIMA initia ægrè per ſterilita
& morborum tempeſtates adolev
re. Anno pænè integro nil niſi fur
rum imagines & exeſa lentâ fame corpora
potiùs cadavera cernebantur. Erant Chriſt
norum tria millia, multis ad immortalitat
mors janua fuit.

Pugna Chriſtianos inter & Venefic

CHriſtophori Mendoçæ coloniæ funda
ris nece vulgatâ, communi conſilio ul
decernitur: quotquot ad arma habiles, ar
corripiunt. Cohibuit P. Bertonius aliqua
diu, dum ſcilicet S. Thomæ incolas jam m
viſſe compertum fuit. Monuit Pater abeun
ut ad reliquas Chriſtianorum copias acce
rent: verùm ut erat ingens ultionis ardor
quòd ſic ab hoſte longiùs deflecterent
compe

ımpendio progredi ſtatuunt. Non latuere
ıſilia. poſitæ variis in locis inſidiæ. ſed cau-
& ordinatè incedentibus damni nihil illa-
m. In viculum progreſſis Indi quinquaginta
regiè inſtructi armis occurrunt, qui licèt ab
ſte ſtarent auxilio veniſſe ſe mentiuntur,
ittuntque præproperè qui hoſtem admo-
ant. Advexerant proditores vini facti co-
am à quo continuere ſe noſtri Caciquiorum
ereto, ne vel temulentis ſuperveniret hoſtis
l certè ab his quos ſuſpectos habebant inva-
rentur. Nocte totâ in armis ſtatum non in-
i metu: ſiquidem mox per exploratorem
gnitum cum exercitu adventare hoſtem.
rculit quorũdam animos inexpectatus nun-
ıs paucitatem ſuam cum adverſariorum nu-
ero metientium. Confirmavit Ioſephus A-
ındáo Caciquius ſociorum olim in Guayrâ
ımnus, ac in certam victoriæ ſpem, ſi modò
eo fiderent, erexit. Ipſe luſtrato diligenter
ınſitu Duces duos fortes ac ſtrenuos in inſi-
is collocavit cum reliquis acie inſtructâ ſe-
turus. Interea proditores noſtris permixti
uum funes ſcindere aggrediuntur, atque
i detecta fraus id eò ſe facere diſſimulant ut
li dimicantes totam victoriæ laudem repor-
nt. Haud dubia erat proditio; tempratum
men à cæde, conſtitutis qui eos ſtudioſè ob-
P 2 ſervarent.

ſervarent. Sub auroram prima adverſariorũ
acies ad inſidias pervenit, non minùs forti
quàm fœliciter res geſta. nullo in conferta
multitudinem irrito ictu, tota pænè acies p
ma profligata priuſquàm luce conſpicuâ c
nerentur noſtri, quos ùbi tela defecere, cita
remearunt ad ſuos innoxii. Continuò in pu
nam ordinatæ copiæ, proditores primo fur
excipiendo à fronte poſiti. hoſtis triplici a
gradiebatur, qui in prima ſtabant pugnat
ex adverſo inconditis aëra clamoribus ge
more complebant. aliȩ duȩ ſilentio incedeb
à tergo invaſuræ. inane fuit conſilium: qui
cum acies prima impetum non ferret, ne
obſcurâ luce Chriſtianorum paucitatem
prehenderent conglobati ex adverſo om
pugnam redintegrant. Atrox utrimque p
lium; præcipua proditorum ſtrages, qui
cùm Chriſtiani à tergo inſtarent, aut in ho
les cuneos penetrandum aut moriendum f
Aliud præterea non parum contulit ad vi
riam. Vetuerant Duces ne quis inter pugn
dum ſaltibus de more gentis vel clamore
importunâ corporis agitatione ſe fatigaret
porrò faceret hoſtis, ipſi denſatis ordin
conſiſterent, ab integris ac veluti recent
laſſatum ſaltationibus hoſtem de facili d
poſſe. Evenit uti providerant: nam ubi ſal

effudere impetum seséque discurrendo fa-
arunt adversarii,tum demum acriter invecti
ristiani perrupere ordines & in fugam egere
;cipites è nostris læsi non amplius octo,desi-
ratus nemo.ex hostibus cæsi læsive permulti
ctoriæ splendor crudelitate non parum ob-
iratus. continuò è captivis aliquem ex ar-
re suspendunt, seséque in vicos & oppida
mica ferociter effundunt. non sexui non
ati parcitum. Adeò facilè redeunt ad ferita-
n Barbari quam cum lacte suxerunt. Ma-
n, ut solet, in bonum convertit Deus. Vbi
satiata cædibus crudelitas, sexcenta circiter
minum capita velut ád triumphi splendo-
n colligunt. Elapsi in via ferè trecenti, re-
ui itineris longi difficultatibus ac femine-
s in oppidum pertracti. Commovit Bertonii
cera miserorum calamitas, cibos pro tenui-
te suâ in singulos distribuit; parvuli duo to-
temque senes sacro fonte lustrati luce poste-
ad superos amissi, reliqui in Christianorum
mos divisi, magnâ amoris significatione ac-
pti sunt. Compensassent aliquantenus inju-
m beneficii diuturnitate nisi deficiente bre-
annonâ plerisque abeundum fuisset. Ine-
am secuti morbi & crebra funera; quodque
gendum magis latè dissipatis ovibus unicus
stor adesse non poterat

Peropportunè adfuit P. Diazius cum bou gregeç quos quidem ad propagandam sob lem usufque rusticanos adduxerat, at ubi m serorum inopiam advertit mutato consilio gentibus addixit. sic multi reducti in oppidu ad corporis animique remedia. Excelluit Formosi caritas in educandis orphanis, qu bus omnibus unus ipse pro studiosissima M tre fuit. In prægrandi lebete quot diebus c quebat carnes, ex jusculo palmarumque f rina parabat pultes, quas propriâ manu in c pita dividebat.

Efficacia Cælestis gratiæ.

Ethnicus cum uxore & tribus puellu dum palmarum gemmas in sylvis cōqui mortuus derepentè concidit. Eo casu attoni mulier assumptis in ulnas pignoribus, eamu inquit, ô natæ, eamus in oppidum ut priu quàm mors nos occupet à Patre in Dei fili adoptemur. sed inter eundum miseram m trem spiritus & vita defecit. quid hîc aga puellulæ? ætate maxima octennis in gremiu ut potuit sublatâ minimâ, sororem altera manu prehendit & oppidum versus progred tur. Cùmque tenella soror pedibus ultra nc consisteret, nec utrique simul ferendæ par ess

·es & induſtriam ſuggeſſit Deus. viciſſim
ramque portat, ac tandem poſt ſeſquidiem
m ſororculis ad oppidum pertingit. Verùm
intulit pedem in compita fame ſimul ac la-
ɪre victa pænè exanimis concidit. Fortè id
vertit Chriſtianus qui omnes in Patris do-
um deportat, ubi recreatę primùm cibo ſub-
de etiam catecheſi inſtructæ ſacro fonte lu-
antur. Diu non diſtulit adventum cæleſtis
onſus. manè inſequenti eodem temporis
omento ad agni nuptias evocatæ omnes.
unc exclamare libet cum Apoſtolo, *Non eſt*
lentis neque currentis ſed miſerentis Dei.

Pietas Neophytorum in Dei- param.

VIx è famis tempeſtate gravi emerſerant
hujus rductionis convenæ cùm gravior
hoſte ſupervenit, qui licèt hucuſque arma
on intulerit, certè crudelitatis ſuæ famâ ar-
orumque terrore qui eundo creſcit, pluri-
um nocumenti attulit. Squalluit aliquamdiu
ppidum deſertum ab incolis, ſed brevi con-
a ſpem ad ſplendorem rediit, tranquillitate
acis patrocinio, ut putamus, Virginis Dei-
arę redditâ. Viget enim hìc illius cultus quàm

maximè privatos intra parietes quotidie domestici pariter, Sabbatis in templo publicè omnes ſetri Mariani ſphærulas piè admodùm ac conſtanter pervolvunt, litaniiſque concentu muſico decantatis interſunt. Idem nec minori ſtudio uſurpatur in ſcholis à pueris. Atque ut verbo abſolvam, mirabilis eſt omnium ardor in quibuſvis pietatis exercitiis patrandis.

Prodigia duo.

VTrumque ad præſentem hiſtoriam pertinent primum eſt hujuſmodi. P. Ioſephus Cathaldinus ſex & ſexaginta annorum ſenex gnaviſſimus hujus vineæ cultor inde uſque ab ejus exordio ſub anni milleſimi ſexcenteſimi ſeptimi initium, dum ad Thomæam reductionem ex S. Ioſephi pergit ſpiritalibus exercitiis de Societatis more exculturus animum, jumento ſuſpicaci & prætrepido excutitur hærente tenaciter in ephippio pede, ſicque diu per ſilices præacutos & aſpera montium raptatur. Contuſum planè ac eliſum non dubitavit P. Emmanuël qui ſequebatur, cùm præſertim crebras equi furentis calces in caput pectuſque excepiſſet.

Rumpuntur tandem mole corporis ephippii lora, accurrit ſocius, & quem mortuum

credi-

crediderat valentem reperit adeò ut ne læviſſimæ læſionis veſtigium appareret. Agnovit uterque haud dubiam Numinis opem, atque inde recta in templ m contendit pro ſervatâ vitâ Euchariſtiam ſoluturus. Quidni credamus tutelares hujus Eccleſiæ genios, periclitanti ſuppoſuiſſe manum & vitæ hominis conſuluiſſe, quippe de ſe, quia de clientibus ſuis, optimè meriti?

Alterum paucis expono. Quo tempore graſſabantur morbi, S. P. Ignatii effigies continenter erat apud prægnantes quæ ut plurimùm periclitabantur in partu. Enixæ ſunt omnes fœliciter quotquot antidoto, hoc eſt, effigie ſacrâ, præmunitæ. Quæſivit illam nonnemo parturienti cum præſentiſſimo periculo conjugi domi id temporis non erat. Dedit ſocius Alphonſi Rodriguez imaginem, quam ſimul venerata eſt mulier, ſimul puerulum bellulum ac incolumem abſque dolore effudit, experta vicariam opem filii, dum deficeret Patris.



CAP.

CAPVT XXII.

Reductio S. Thomæ Apostoli.



E damnis quæ fames & pestis intulere nihil dicam, nihil de prodigiosis ad fidem vocationibus, nihil de sociorum pro Christo laboribus. illa ex antedictis ut affinibus, hos ex Neophytorum multitudine æstimari posse existimo. familiæ sunt in hoc oppido centum supra mille, Christiani verò sex millia.

Tygrides regionem infestant. Votis ac precibus pelluntur, vitiis revocantur.

POst exemptam messis ubertate famem, luctandum cum belluis fuit. Tygrides gregatim grassantes non in agris tantùm sylvisque laniare solitarios, verùm etiam velut ex condicto in vicos & oppida irruere. Fuit cùm pagi alicujus incolæ à ferali exercitu cincti sese raptim tumultuario sudere communire coactisint, neque enim erat effugio locus belluis

luis diu noctuque obsessos circumeuntibus. quatuor ipsos dies obsidio tenuit; cumque spes nulla subsidii in humanis affulgeret, ad Superos conversi sumus. decreta novem dierum celebritas in Deiparæ honorē decantatis musico concentu sacris in singulos dies solemnis. Fuit non inane votum. nono solemnitatis die soluta obsidio, disparuere ultrò belluæ, venere ad S. Thomæ obsessi, ubi verum Deum vitæ suæ Servatorē Baptismi perceptione professi sunt. Qui verò antè perceperant periculo doctiores effecti mutaverunt mores in melius.

Non diutuna pax fuit: relapsis in vitia non paucis recruduit illicò bellum, obsessa à tygridibus itinera, infestati agri, tentata oppida, è Christianis aliquot Ethnici complures absumpti. Agnovere omnes Dei vindictam: primarii quique Ducesve palàm & concionabundi admonere plebem, vitia carpere, absterrere à sceleribus. indictæ precationes supplicationesque publicæ per triduum, quibus iterùm aversum est malum & fugati belluarum exercitus. Verùm cùm aliqui pristinas superstitiones & artes magicas clanculùm usurparent, rursus & continuò visi belluarum greges numero & ferocitate aucti. Et quò clarius fieret id non naturæ aut sortis opus esse, nulla ex omnibus vel figi telo, vel pedicis irretiri potuit;

tuit; licèt inter retia vocarent illecebræ & ducentæ ut minimum positæ essent locis maximè opportunis. Quæ omnia invitos & pervicaces ad execranda scelera impulere. Itaque cùm publicè omnes & singuli privatâ exomologesi purgassent animos magicasque ineptias seriò abdicassent à ferali terrore exempti sunt. Notatum deinde illos tantùm à feris laniatos qui vel intra tecta ægrè contineri poterant, vel rariores in æde sacra apparerent. hinc magna religio domesticæ stabilitatis, hinc templi frequentatio major etiam feriatis diebus, hinc Veneficorum contemptus qui hoc, quem refero, eventu mirabili vehementer accrevit.

Magus arte suâ morbum pellere tentans ægro mortem accersit.

PVerum formâ & ingenio artisque peritiâ nobilem optabant parentes magicis artibus liberare morbo. Abnuit æger constantissimè & multa in magos ut sathanæ ministros probra congerens parentum scelus acriter redarguit. Perstitere nihilominùs in consilio, captatâque dum quiesceret occasione Veneficum inducunt silenter ad lectulum, ubi non interrupto dormientis somno carmina sua deprompsit,

prompsit. Experrectus haud diu post puer multò sibi pejus esse sensit; atque ut à fratre didicit quæ gessisset præstigiator, tum demùm in lachrymas solvi, suas lugere vices, & parentes velut suæ necis authores & parricidas increpare: Vos, ô miseri, aiebat, vos mihi per summum scelus mortem accivistis, vestrâ haud dubiè culpâ pereundum est mihi, neque enim tam enorme flagitium impune erit. Tum quasi si nihil de morte dubitaret Patrem accersiri mandat, rem gestam cum lachrymis exponit & idcircò sibi certo certius moriendum affirmat. Credidit Pater, & magno animi sensu totius vitæ noxas confessum reliquis Ecclesiæ armis, quod postulabat, munivit. vix ceremoniis finem fecerat cùm puer magnum præseferens videndi Numinis desiderium, ingenti gaudio exultare cœpit, stetitque defixo in cælum oculorum obtutu, lætâ fronte ac vultu donec æquissimo animo obdormivit in Domino.

Re totâ ad Senatum delatâ in vincula primùm conjectus est depulsor scilicet morborum egregius, dein plagis mulctatus scholasticorum ludibriis permissus est magno magisterii & magicæ artis dispendio.

Quæ hîc ad rumorem de hoste gesta.

SExcenti armati Christianis auxilio missi fortes se ac strenuos præbuerunt in pugna cum Brasilis ad D. Christophori pagum. Dum ferveret prælium incerto authore spargitur cæsos ad internecionem Christianos & victoriâ elatum hostem magnis passibus huc recta tendere. Perculit universos fatalis nuntius & communi statim consilio decreta fuga. Facilis erat secundo flumine Buenos-ayres versus. quippe Vbicuiti coloniá prçterfluens in Vruay devolvitur, hic verò in magnum flumen quod Boni aëris muros alluit. paratis navigiis, tectis ne hostibus usui forent, subjectæ faces, oppidum totum, ædes sacra, & quæ avehi nequibat annona redacta in cineres. præproperum consilum fuit: nam priusquàm naves conscendissent, adfuit boni nuntii bajulus, moxque subsecuti victores. Gaudium de parta victoria temperavit miseranda rerum facies, & multorum animos perturbavit. sed facilè ab Arnoldo pastore suo pacati non tantùm acquievere æterno Numinis consilio, verùm etiã insalutatis uxoribus ac liberis alacriter movêre iterùm in hostem Nativitati imminentem.

vi nihil opus fuit spontè retrocesserat hostis. Itaque in patriam reduces manum operi sine morâ admovent, restauratæ ædes sacræ & profanæ, mirâ celeritate surrexit opus, breviq́ue elegantius & commodius quàm antè oppidum stetit. annonæ verò jacturam secuta mox messis fecunditas cum fœnore sarcivit. Nunc in omnium rerum affluentia versantur, in humanitatis & virtutum studio nullis inferiores.

Præclara Castimoniæ Exempla.

FOrmosum juvenem puella formosior invitarat frequenter ad flagitium. Vlyssem dixisses adeò stabat ad syrenis cantum immobilis. quin Vlysse multò fortior ausus est verbis redarguere impudentiam, dein etiam cùm non pateret effugio locus vim inferente lupâ, fuste quem sors obtulit impetiit, læsitq́ue nihilo minus insistentem ne graviori vulnere læderetur. Illud ad virilem sexum facinus spectat, hoc ad muliebrem.

Adolescentulam importunus leno diu quæsierat ad libidinem. marmor impeti dixisses. Sed ut erat in omnem sceleris opportunitatem intentus aliquando solitariam reperit. cùmq́ue contemptis illecebris & lenociniis fœditatem

leris objiceret constanter vi aggreditur. Obsistit fortiter dum potuit: at ubi superari se sensit, videsis, ait, mortalium infœlicissime, vide & pondera me ad Synaxin sacram accedere consuesse; perpende cæli terræque Dominum hoc pectus suâ sacrasse præsentiâ: quod si per summum scelus profanare audeas, næ tu dignas audaciæ pœnas dabis. hisce verbis ardore maximo prolatis adeò perculsus est juvenis, ut vincente libidinem metu continuò dimiserit illibatam. Accurrit pavitans ad Patrem & reum sceleris accusat Vocatus ipse in jus fassus est tantoperè se perterritum ad objectam Synaxeos reverentiam ut sibi ictus fulmine videretur. Quis tantam in tam fragili sexu fortitudinem, in ætate tam lubrica puritatem, in teneris plantis tantam constantiam non admiretur?

Plectuntur duo pœna temporaneâ ne in æternam incurrant.

CAciquius Christo daturus nomen è duabus pellicibus seniorem duxerat juniore amisſâ. Verùm, ut instabile est hominis ingenium tribus post annis adolescentulam revocat, quod diceret duxisse se ad tempus senio-

rem

em donec altera adolevisset plusculum. Ob-
stitit Pater, ut par erat; at ille relictâ domo
rofugit cum pellice ad Ethnicos rediturus.
equidquam aliquoties missi sunt qui è fuga
etraherent. Perierant haud dubiè nisi Deus
ereuntium miseratus panico timore fugientes
omplesset. quocumque pergebant quæri si-
i videbantur & insequentes audire. Rati ita-
ue singulos latere tutius posse abeunt in di-
ersum, sic gressus dirigente Deo ut sibi mu-
iò deinceps occurrere non potuerint. Pater
terea nondum depositâ de filiis sollicitudine
ios atque alios amittit quaquaversum & u-
umque tandem recuperat. non longo inter-
allo jacentes ambo & pænè exanimes re-
erti. morbus idem pustulæ pestilentes. puellæ
æsertim corpus fœdum visu totum scabie in-
ustatum. retibus ambo reportati domû Dei
ndictæ in exemplum singulare. Sedulâ Patris
râ brevi corporibus sanitas non item animis
stituta. Secundò & tertiò fugerût, secundò &
rtiò deprehensi, pœnaque in utrumque sena-
s consulto decreta. Neque sic tamen pacatus
Deus paulò post ex partu puella: Caciquius
plombeæ glandis vulnere in postremo con-
ctu periit uterque cum magnis æternæ salu-
argumentis. Addo alterum divinæ bonita-
opus.

ſtus formâ ſpectabils lætoque vultu apparens jacentem affatur: nunc demùm carus mihi eſſe occœpiſti, ſic ſic agendum deinceps, videſis olim ne te tanto ſcelere commacules. Quibus benigniſſimi Domini verbis dici non poteſt quanto gaudio perfuſus ſit & ad ſanctè vivendum incitatus. totus exinde in oratione eſt, Euchariſtiæ & pœnitentiæ myſteria cum lachrymis frequenter uſurpat, ſocios ad idem præſtandum invitat ac trahit, omnibus virtutibus animum excolit, denique nihil in eo, quod integerrimæ vitæ Chriſtianum decet, deſiderare poſſis.

Veneficus in ſocios conjurat. Cum omnibus conſciis miſerè perit.

IN alto monte commorantium Barbarorum turbam à Chriſtianorum uſu atque adeò à capeſſenda fide ſuis præſtigiis ac fraudibus avocabat, incitabatque quotidianis ſermonibus ut ſocios è medio tollerent. Ego licèt machinationis non ignarus, divinâ ope fretus P. Palermum in vicum rupi proximum proficiſci juſſi ut per viciniorum quippe mitiorum commercium aditum ad alios tentaret. Acceptus Pater perquàm honorificè legatum in montem

tem misit qui Barbaris adventum suum nuntiaret. Magus cæterique omnes honorificâ legatione exhilarati Caciquios duos remittunt gratulaturos adventum. Alii præterea è plebe progressi obviàm, alii ad levādam viæ difficultatem ad fluvios ponticulis sternendos dimissi. Primo à pago lapide magus insigniter stipatus hospitem operiri constituit. Ad venientis conspectum magnam lætitiàm quà verbis quà signis testatus, demisso corpore dexteram ad osculum petiit. Ducem imitati cæteri. In pago reliqua convenarum turba viri ac mulieres circiter quadringenti gratulabundi accidêre. Pater concionis opportunitate usus de causis adventus sui, deque fidei mysteriis dicere exorsus, ostendit nullâ se lucri spe (cùm ipsi possiderent nihil) advenisse, sed eò dumtaxat ut divinam legem edoctos in Dei Conditoris filios admitteret: paratas jam omnibus esse in colonia domos, paratos affines & amicos qui venientes rebus ad vitam necessariis cumularent. dixit & persuasitq; è vestigio sese ad iter accingunt omnes. interreà ad adolescentem moribundum ducitur, instructum pro temporis angustiis baptizat, & statim emorientem ad Superos mittit. Huic & aliis quinque non amplius utilis fuit missio. Nam cæteri, ut mox dicemus, brevi à proposito defece-
 re

re. Vbi venere in oppidum Palermo Duce, à Christianis certatum quis omnium lautissimè hospites exciperet. una res brevi malè habuit magum: nempe socios solos in pretio haberi, se verò ab ea quam obtinebat authoritate sensim deturbari. Ergo clanculùm hortari suos ad defectionē, sollicitare aliorum Ethnicorum animos, suisque, ut rebatur, æmulis machinari necē. Plebeculę suadere passim Patres non homines esse sed phantasmata, quæ *imbaë* vocāt, non alio fine penetrasse in Indiam quàm ut indigenas à majorum instituto voluptatibusque pristinis atque adeò ab animi pace avocarent. Longè melius fore si sublatis quietis perturbatoribus liberè pellicibus utantur. Eò deducta res erat ut quamplurimi in sociorum exitium conspirarent. Iam perpetrando facinori dicta dies, quâ nempe Christianorum promptissimi quique in aliorum auxilium abiissent: tum quippe nudos defensoribus & armis Patres absque periculo opprimi posse. Aliorsum res evasit quàm speraverant. Vltrò abscessit hostis, nullus oppido Christianus excessit. Quare stimulante sceleris conscientiâ, ne si machinatio innotesceret, in graves pœnas incurrerent, nocte intempestâ cum familiis aufugêre. Secutus est à tergo Deus: à Lusitanis ad unum omnes servitum abducti. pars

itine-

tineris longissimi molestiis pars inediâ & crudelitate Lusitanorum periêre; pauci admodùm Paulopolim tenuere incolumes.

Divina clementia cum hominis pervicaciâ certat.

VNicus remanserat in oppido vir centenarius multiplici pellicatu in id ætatis implicitus ab adolescentia. Eum Palermo sæpiùs invitavit ad fidem, effecit tantum ut monitoris pertæsus cum mulierculis suis in villam secederet. Apparuit illi rure cacodæmon humanâ, si pauca demas, specie; eique persuasit rediret in patriam, ubi tutò suis amoribus potiretur. Retractus est à fuga jubente Patre & omni officiorum genere cumulatus. irrita fuere omnia; adeò libidine inveteratâ obduruerat animus. fugit secundò ac tertiò, toties reprehensus est. Quartâ demùm vice adeò callidè rem gessit suam ut nusquam reperiri potuerit. Quò se vertat studiosissimus pastor? spe nullâ in humana industria relictâ, animorum noxas igne purgantium solatio sacrificiorum novenam devovet, & voti fit compos. Nam licèt multi per avia& invia longè latèque dimissi ad prædam perdidissent operam, ab Indo venatu

redeunte fortuitò deprehensi ad Patrem delati sunt & reducti. Paucis post diebus invaletudine tentatus senex sponte advocat animi medicum, manantibus lachrymis scelera detestatur, & Baptismi medicinam efflagitat; quo, ut aiebat, in Dei filium renatus, cum spe salutis æternæ moreretur. Voto differri fortè debuerat ad tempus, nisi & præceps ætas, & præsertim animi verè dolentis signa lustrandum suaderent. uno eodemque die fidei arcanis imbutus, baptismate tinctus & vitâ defunctus est. *Iudicia tua Domine abyssus multa!* Alterius generis est quod sequitur.

Adolescens meretriculam blandientem verberibus excipit.

ERat hæc corpore præstans, ille & corpore & animo. provocatus multoties ad flagitium fuerat, & omne illecebrarum genus, omnia Veneris irritamenta ceu totidem machinæ admota opposuit ille aliquoties verba quibus impudentiam retundi posse sperabat. Verùm cùm nihil proficeret; statuit si rediret verbis verbera addere. fœliciter cessit consilium; nam dolore victa est quæ pudore vinci nequiverat, eamq; deinceps fœda libido prorsus destituit.

CAP.

CAPVT XXV.

Reductio sanctorum Martyrum, vulgò del Caaro.

IVSTVM volumen expleat hujus reductionis historia: tamen ne à proposita brevitate discedam, ex multis paucula delibabo.

Immensi labores Patris Hieronymi Porcel.

HOc argumento ad me scribit. Venti à mari exorti tetram adeò inspirarunt luē ut meritò dubites sitne illa naturæ opus an cacodæmonis. Initium morbi dolor capitis pœnè intolerandus. statim recedebant introrsum oculi & ratio turbabatur. dein diffundente se dolore per collum edendi loquendique facultas adempta, post fœda in gutture ulcera sic inficiebant spiritum ut vel seipsum ęger non ferret. Ad hæc lepræ similis scabies corpore toto, in visceribus pilosi vermes aspectu fœdissimi acerbissimos cruciatus procreabant. Ad extremum

mum facies horrendè intumeſcens in plagas hiabat ſtrumis ſimiles. Ea peſtis octiduo non integro incolas omnes cujuſvis ætatis ac ſexus miſerabiliter afflixit Steti ego unus cum adoleſcente unico. Non liberi parentibus, non conjuges conjugibus adeſſe poterant. quocumque me verterem nil niſi liventes plagæ, ſcaturientia ſanie & vermibus ulcera, mortiſque imago obverſabantur oculis. Vnus ego cum eo quem dixi adoleſcente, ad quatuor ægrorum millia curanda (tot enim fuere uno tẽpore) ſupereram. Monuere aliqui optimum ad valetudinem fore ſi ſanguinem mitterent. cùmque nullus adeſſet chirurgiæ peritus, ego ignotum opus aggreſſus incidendis diu noctuque venis diſtinebar, cibos irrequietus apparabam, aquam, ligna, faſcias meimet frequẽter oblitus comportabam. Mirari ſatis non poſſum divinæ gratiæ vim, quæ corpuſculum hoc quatuor ipſas noctes ſomni non rarò expers, tenui refectum farinæ aquâ maceratæ pulmento vegetum ſemper ac indefeſſum ad corpora animoſque curandos conſervavit. laboris pars magna fuit ne in frequenti ægrotantium mulierum abortu infãtium aliquis inexpiatus periret, quod Dei ſingulari auxilio, & improbo labore evici ſolatio animi mei maximo. Hactenus Hieronymus. Atque ut optimi Patris
labo-

bores clariùs innotescant, octo decēve quot
iebus obiere mortem, quos omnes unus ipse
um adolescente socio efferebat. Certè ad
ctingētos quinquaginta duos tumulasse con-
at, quos inter infantuli quinquaginta duo
upra trecentos ad cæleſtes delicias rectâ con-
essere. miraculo simile est inter tot parentum
arorumque funera nullius gemitus aut com-
lorationes auditas, quod ejusmodi questus
: lachrymas genti olim in suorum obitu fa-
iliares, superstitiosas esse & defunctis inuti-
es Pater monuisset. Iam verò quanto se stu-
io ad mortem Christianè obeundam compa-
abant? prima fuit de confessione cura; quam,
i fortè noxæ quàmvis levissimæ excidissent,
nagno animi sensu iterabant. Nonnulli statim
b accepto supremæ unctionis oleo, alii post
xpiata exomologesi scelera, post sumptam
lii Eucharistiam prodigiosè sanabantur. Patri
nter immensos labores maximum erat sola-
ium contemplari morientes qui tot tantis-
que salutis æternæ indiciis decedebant è vita
it omnes excedere in cælum meritò præsa-
giret.

Caci-

Caciquii mors præclara.

FVit is olim alter Saulus, fidelium hosti[s] P. Rochi Gonçalez & Alphonsi Rodr[i]guez sanguine cruentus. Post ubi fidei luce[m] aspexit, alter Paulus. Nam ut erat acris ingen[ii] vir, cùm verbis tum exemplo rem Christiana[m] vehementer auxit. Contagium hausit sub init[io] pestilentis morbi dum operam suam Hierony[]mo accommodat in curandis ægris. Adverte[ns] mortis periculum sollicitè admodùm sed im[]perterritè animi negotia composuit repetit[a] noxarum omnium confessione sumptoque re[]ligiosè Christi corpore. Iacentem vidisses i[n] lachrymas & singultus solvi: audisses Dei cle[]mentiam & Martyrum, quos necarat, patro[]cinium inclamantem: Sum, aiebat, nec diffi[]teor veniâ indignissimus; sed ea est, mi Deus, miseratio tua, ut à pœnitente averti non pos[]sis. heu me pœnitet! ah pœnitet, mi Deus, Ecclesiam tuam vexasse. scio, & pudet sceleri[s] quo in servos tuos ausus sum manus cruenta[s] injicere; at tunc cæcus eram & lumine tuo de[]stitutus. Eia fratres, amabo, vos pro me tam clementem Dominum obsecrate; perstate in fide constantes, nulla vos dies videat Deo infideles, qui vos ad sui cognitionem vocare

digna-

ignatus est. Hæc & similia identidem iterans in omnium virtutum exercitio ad extremũ piritum perseverãs, placidissimè obdormivit.

Equus P. Rochi Gonçalez Martyris ad heri vitâ functi nomen illachrymatur & ingemiscit.

REm adhuc occultam prodidit Caciquius, de quo jam, paucis ante obitum diebus. Confirmarunt jurejurando plures alii oculati estes nec interrogati Sublatis morte violentâ P. Rocho & Alphonso Rodriguez, Caciquio lius equus in prædam cessit. Notatum à domesticis quoties de Rochi morte incidisset sermo, jumentum in lachrymas flebilesque genitus solvi. Id ubi sparsum in vulgus, turmatim accurrebant Barbari ad spectaculum, & ex ndustria Rochi nomen iterabant. tum illachrymante jumento admirabundi illi: *Roquè yoarè yarè rehè onenʒaray*, quàm ægrè fert, aiebant, Rochi miserrimi heri interitum! Quòd i quis vestem Martyris ad ludibrium indutus dorso insideret, tum vel maximè gemitus inendere solitum & collachrymari uberius. non ulere diu animalis exprobrationem, telorum mbre confossum in epulas tandem appositum

est.

est. Claruere Christi pugiles prodigiis &ali
non paucis quæ alibi loco & tempore profe
rentur.

Puella duodennis matris scelus redar guit & mortem suam prædicit.

FLagitium admiserat præsente filiâ, nequ
enim quidquam cavendum ab ea ætate re
batur. At ipsa illachrymans: Siccine, ait, in
fœlix mater irritare sceleribus Numen no
perhorrescis? Dei cuncta spectantis ultricem
manum non extimescis? at mihi profectò mo
ri satius est quàm ejusmodi scelera in matr
spectare; summis ergo votis à Deo conten
dam ut me ex hac ærumnosa vita ad beatam
transferat quantocyùs, quò scilicet efficacio
re inter cælites prece tantum à te scelus aver
tã. Nec vota nec promissa irrita fuere. quipp
licèt bellè valeret puella, continuò in eum qu
brevi extincta est morbum incidit, mater ve-
rò ad Sacerdotis pedes flagitium cum lachry-
mis detestata, vitam in melius commutavit.

Ade

Adolescentis amor in castitatem.

AVdierat differentem ad populum Oratorem de his Euangelii verbis: *Si oculus tuus scandalisat te, erue eum.* Cùmque fœdum nescio quid in aspèctum incurreret, orationis memor sic oculos læsit immitibus digitis ut ex dolore morbum contraxerit. Rogatus cur ita in seipsum sæviisset; respondit, ne turpe aliquid oculis usurparem: atque utinam prius me utriusq; luminis & lucis usura destituat, quàm ut in Deum flagitium admittam. Solenne illi fuit aciculâ altè infixâ brachia & artus fodicare quò carnis petulantiam acri doloris sensu reprimeret Miramur ejusmodi facinora in religiosis viris, quanto magis in adolescente vix barbariem egresso?

Neophytus Ecclesiastica præcepta parvipendens horrendâ morte extinguitur.

ROsas inter enascuntur spinæ. Christianus nomine tenus sacrificii Eucharistici festivis diebus incurius diu Hieronymi monitiones

nes eluserat. Is cùm primo verni jejunii Sabbatho ferinam ederet intempestâ nocte, dormit nunc, inquit, Deus, nec me modò obscurâ nocte deprehendet. Die insequenti velut in religionis ludibrium ferinæ reliquum absumpsit & peccata peccatis accumulans iterùm sacrum neglexit. Postremum Patrem non latuit ejus mores studiosè observantem. Mittuntur qui ad dicendam causam hominem rapiant. Venit valens ac vegetus; ac ubi pedem in domum intulit, subitò corruit & disrupto ventre animum cum visceribus effudit. Terruit universos insolens casus, evulgato præsertim quod nocte præteritâ gestum fuerat. Nullus non agnovit ultricem Numinis manum, nullus non accurrit ad spectaculum, nulli non profuit luctuosa miserandi hominis catastrophe:

Fœlix quem faciunt aliena pericula cautum.

Fervor sodalium in ægris curandis.

PEstem dysenteria excepit. Erectum est Senatus voluntate nosocomium & cura ferventioribus commissa ut partito in plures onere pastoris labor minueretur. Enituit in eo munere sodalium fervor, virorum studium lectos sternere, sorbitiunculas deferrre, ægris interdiu noctuque adstare. Fœminarum locum

tum everrere, exportare sordes, lances & reliquam supellectilem expurgare, & alia id generis quæ non minori suo solatio quàm admiratione spectantium præstabant. Ea mancipiorum Virginis sodalitas, uti cœpta est applausu maximo ita in dies maxima capit incrementa. Quotquot in eam adlecti cæteris(quę Deiparę gratia est) acri sunt ad virtutem incitamento. Sacramenta frequentant diligentissimè, diebus sabbathis quippe magnæ Matri dicatis, sacro solemni litaniisque ad unum omnes intersunt, quotidie verò serti Mariani globos constanter sub vesperam volvunt quàmvis diurno labore fracti redierint domum. Non ingrata sibi accidere hæc pietatis officia Dei mater sæpiùs ostendit. testimonium omni exceptione majus subjicio.

Deipara Virgo puellulam quinquennem rosarium volvere solitam in ulnas accipit, & cum puerulo IESV *deambulatum defert.*

SOrorem habebat triennem, parentem verò vitæ integerrimæ sodalem à quo ædem sacram frequentare assiduè ad imaginem Virgi-

nis & roſarium percurrere didicerant. Facile fuerat Marianum amorem inſpirare teneris mentibus, quem adeò copiosè hauſit è duabus major, ut vél in templo continenter vel domi Deiparæ imaginem ad parietem fixam genibus flexis veneraretur. & quàmvis hunc morem ejus avia impatienter argueret, nihil unquam remiſit de conſtantia. Dum ſederet aliquando præ foribus & Virginis ſertum cum ſorore percurreret, adfuit regiâ ſpecie matrona. Illi veſtis fulgida nive candidior, in capite aureum diadema, in ſinu puerulus bellulus. Acceſſit blandè & minori ſubridens: Ne timueris, inquit, ego mox ſororem tuam reduxero. dixit & quinquennem in ulnas ſuſtulit. Advertens triennis ſororem ab ignota efferri, domum confeſtim regreſſa matrem admonet. Egreditur mater continuò, ſed cùm nec parvulam nec alium quempiam aſpiceret, filiam inclamat quaquaverſum: reſponſi nihil. Domum interim revertitur parens, atque ubi intelligit ablatam prolem, omnes oppidi domos ſingillatim, angiportus vicoſque ad multam noctem cum uxore perluſtrat. nihil uſpiam de filia inauditum. feſſi & mœrentes redierant, cùm ecce fores ingreditur parvula gaudio exultans. hæſere attoniti parentes; tum illa, ô me, exclamat, ubinam fui! quàm amœnus locus!

eius! quàm speciosa matrona quæ me ambulatum circumtulit! qualis illi facies! quàm fulgidæ vestes! rosarium illi pendebat è collo, sed quàm illustre! addit se carmen ab eâ edoctam in catechismo decantari solitum, quod nihil hæsitans argutè modulata est, licèt antè didicisset nunquam. Iterabat identidem, matrona illa longè cæteris absimilis est, facies illi pulcherrima, vestes sole lucidiores. quàm amicè mihi blandiebatur! quàm formosus erat, quàm blandus quem unà mecum gestabat in sinu filiolus! nescio herclè cur me huc retulerit, suavissimum erat cum tam amabili puerulo colludere. Quidquid modò aspicio fœdum est præ illis & oculis ingratum. ducite me quãtocyùs ad patrẽ ut rem illi totam aperiam. vix ejus animulus sese capiebat præ gaudio; nihil illi cum cibo, nihil cum somno, repetebat assiduè: ducite me, amabo, ad patrem ut hæc illi omnia exponam. hujusmodi colloquia in lucem extracta; nam parentes stupor, filiam insolens lætitia dormire vetabant. Ergo primo manè ad Patrem in templum delata, rem totam distinctissimè exposuit. narrantem tentavit Pater modis omnibus si fortè expiscaretur absonum aliquid aut somnio simile. constitit ipsa sibi semper & appositè respondit ad singula. Deducta tandem ad Virginis altare ubi

filium geſtantis Deiparæ ſimulacrum aſpexit, hæc ipſa eſt, ait, quæ me in ſinum ſuſtulit luſumque deportavit, niſi quod imagine illâ multò lucidior foret & pulchrior. Ob hæc & alia indicia non inane ſomnium ſed Deiparæ beneficium creditum, quo innocentem ſervulam ejuſque parentum in ſe ſtudia compenſavit.

Animarum igne crimina purgantium interventu incendium ingens reſtinguitur.

FVit hoc prodigiũ ſingularis pietatis merces, quâ Neophyti in defunctorum animos feruntur. Fortuitum caſæ unius incẽdium concitantibus ventis adeò exarſit ut domibus pænè omnibus, quæ ſtramineæ ſunt, correptis, oppidum totum abiturum in cineres crederetur. ſpes nulla in humanis ſupererat creſcentibus in immenſum flammis. Itaque quærẽdum rati ab immortalibus auxilium, defunctorum fidelium ſolatio ſacrificiorum novenam devovimus: & ecce eodem quo editum votum temporis momento poſuere venti, incendium quantum quantum adnitente nemine

ne lentescit nulloque ultrà illato damno restinguitur.

Solenne Christianis est sextâ quaque feriâ flagris in terga sævire aliaque pietatis obire exercitia, ut spontaneis suppliciis defunctorum tormenta leniantur. Is erat hujus Ecclesiæ status, sic novellæ Christi plantationes adolescebant; cum perlatis de Brasilorum adventu nuntiis exulare magis placuit quàm immanissimi hostis furorem operiri. Ergo relictis domibus in Paranam transmigratum. Iter longum juxta ac difficile Patrum Hieronymi Porcel & Paschalis Garcię vigilantiâ fœliciter peractum. Exules ab Yabebiriensibus Christianis perhumaniter accepti & rebus omnibus ad vitā necessariis cumulati. Ea hospitum humanitas solique ubertas effecit, ut abjecto patriæ desiderio domicilium fixerint in Paranâ.

CAPVT XXVI.

Reductio Candelariæ in Vruay.

GRASSANTE hîc ut alibi pestilentiâ quindecim aut etiam viginti funera diebus singulis elata. Indigenæ omnes simul morbo tentati. hinc maximus sociorum labor in frequentissima po-

pulo colonia, quæ familias sexcentas, Christianos verò ad quinque millia numerat. per mēses omninò quinque duravit strages, etiam diuriùs duratura nisi stitisset tutelaris recens adlecti patrocinium. Ipso D. Sebastiani Martyris die festo vis morbi planè remisit. Restabant tamen ægri complures quibus commodius curandis nosocomium extructum ægrorum ducentorum capax. Obiere Duces duo primarii, inferioris notæ Caciquii quindecim, è plebe reliqui, omnes (si tres quatuorve errones excipias) fidei præsidiis communiti. Cōgregatio mancipiorum Virginis magnâ celebritate hîc instituta. In eam pauci ex optimis adlecti qui Sacramentorum frequentatione & sanctâ vivendi consuetudine reliquis in exemplum prælucerent. Valuere ad augendum fervorem miracula duo, aut certè miraculis non absimiles eventus.

Neophyti ad superstitiones relapsi à Deo puniuntur.

QVoddam herbæ genus in remotis rupibus collecturi abierant Christiani quinquaginta. Erat non procul à via saxum enorme hominis figuram aliquatenus referens. Barbaris

ris *aña ciba*, hoc eſt, frons dæmonis nuncupatur. huic ſaxeo monſtro offerunt Ethnici munera iter proſperum exoraturi. Idem à viginti de quibus antè clam cæteris factum. At carò ſtetit impietas. Omnes omninò aliis intactis acer invaſit morbus, plures ſuſtulit, & ſic affecit reſiduos ut iter dierum viginti quatuor ipſis menſibus ægrè admodùm confecerint. Funeſtius eſt quod ſequitur.

Juvenis ſacrum die feſto negligens à tygride devoratur.

CОntinéri domi non poterat inconſtans animi Neophytus, totus erat in venatione, rarus in templo etiam feſtivis diebus. Nihil illatæ aliquoties pœnæ obſtabant quò minùs alios ad idem audendum incitaret. fortè feſti pervigilio ruſticatum abiit cum ſocio, qui inclinatâ in veſperam die; heus tu, inquit, revertamur in oppidum, cras audiendum eſt ſacrum. Irriſit monentem procaciter. tum ſocius, fac quod libuerit, ego ſanè domum mè refero. Progreſſus erat ad paſſus non amplius decem, cùm tygridem pernici curſu recta advolantem conſpicatur. Expavit ad belluæ ferocientis aſpectum, at ubi non ſe peti advertit

oppidum versus recurrit periclitanti socio sup-
petias petiturus. Concurritur illicò ab arma-
tis, sed in semirutâ casâ nil nisi fœdè laniat
hominis reliquiæ repertæ, quas in cœmeteric
tumulandas mœsti retulere. Illorum vestigii
institit bellua dum telis confossa occubuerit
Placuit exsuccam pellem oppleri fœno & ad
rei memoriam posterorumque exemplum ir
ædis atrio collocari.

Præceps fuga pavorque incolarum del Ca-
aro Candelariæ excidium attulit. quippe per-
territis civibus tectis subjectæ faces, & oppi-
dum totum cum templi parte (quod in paucis
elegans fuit) exustum. Excepti à Paranensi-
bus de Itapua toto trimestri hospitio & com-
meatu commodatis usi sunt, dum scilicet con-
structis in Apageyo domibus novum oppi-
dum erectum. Nunc procul ab armorum inju-
riis altâ pace perfruuntur.



CAP.

CAPVT XXVII.

Reductiones provinciæ Vruay.

Reductio Conceptionis. Christianorum fervor.

VTI fidei professione antiquior, ita profectu in virtutibus illustrior præclariora ad scribendum suppeditat. Omnes in majoris hebdomadæ feriis jejuniisque cardinalibus Eucharisticis epulis accumbunt, sacroque tribunali frequentiùs se sistunt. volupe est audire confitẽtes. Errores qui perfectissimorum Ascetarum oculos fugiant, fatentur cum lachrymis, graves efflagitant pœnas & non rarò solas noxarum umbras adducunt quæ absolutionem non requirant. profero nunc aliquot ceu eorum sanctimonię testes. sextâ quâque feriâ Christi patientis memoriam absque dolore sensibili recolere; minùs frequentes pro vitâ functis preces fundere; leves contumelias, quàmvis ab alio illatas, non amoliri; inferentes non carpere; aliaque ejusmodi sexcenta. Is est profectò Neophytorum ardor, ut vel incitatissimis religiosis stimulo

imò

imò & rubori esse possint. Nullam hîc pravam consuetudinem, vitium nullum deprehendas una omnibus cura quotidianos in virtute progressus facere.

Cuidam repetenti idem in confessione multoties, mitte illud, ait judex, an nescis id jam sæpiùs repetitum? scio, subdit pœnitens, verùm utrùm dimissum fuerit nescio. at fuerit sanè; quidni ad majorem animi demissionem & placandum magis ac magis Deum repetere juvet? Quod si tu animi mei rector, omittendum censes imposterùm parebo lubens ut jubenti Deo.

Quanti fecerit sodalis quidam confessionis frequentationem.

IS adultâ jam nocte confessionis ergô ad socios venit; suspicatus principiò Pater gravioris noxę conscientiâ premi confitentem audiit, at ubi mox vix absolvenda deprehendit; quid est, inquit, quamobrem tempore tam importuno venias si nihil præterea est quod confitearis: rogatus, subjecit ille, à sodalium nonnemine quamdiu esset quod peccata confessione non expiassem respōdi dies esse quindecim, tum ille graviter me increpuit quod

ꝫquo diutius ab hoc Sacramento abstinuissem. enimverò, mi Pater, quanti pudoris fuit de re tam gravi ab alio commoneri?

Matris in filii obitu æquanimitas.

MAtri filiolum unicum bellum in paucis mors rapuerat: cùmque nullum doloris indicium proderet rogata à quapiam quî fieri posset ut filium tam scitum tamque elegantem non lugeret quando quæ mater non esset ejus graviter sensisset mortem: respondit sensisse se quidem initio, at postquàm non tam sibi quàm humanæ vitæ periculis ereptum reputavit mœrore in lætitiam verso exultasse.

Sodales palàm despici ambiunt.

MAlevolus nescio quis Sodali magnum crimen affinxerat, is autem impostori adeò non succensuit ut potiùs hâc Christi imitandi opportunitate lætus tacere omninò statuerit; quò, inquiebat, tanquam flagitiosus despiciar ab aliis, tibique, mi Iesu, fiam similior. at tacentis causam egit Deus eoque illustriorem fecit quò latere cupiebat obscurior. Multos præterea invenire est qui Patrem clàm

clàm efflagitét ut ſeſe palàm carpat verbiſque acriter caſtiget. unico paſſim angi ſolent ſcrupulo ne ſcilicet pluſculum vocanti ad fidem Deo reſtiterint vel debito cum animi dolore peccata non fuerint confeſſi aut etiam ne divinis inſpirationibus aures occluſerint. videat Paternitas tua quantum ex tanto fructu ſolatium, quantam ex familiari cõgreſſu cum adeò puris ſinceriſque hominibus filii tui lætitiam percipiant quantumque iidem ejuſmodi exemplis ad virtutum ſtudium ſtimulentur.

Barbarum S.P. Ignatius per viſum de confeſſione admonet, ac dæmonem fugat.

QVibuſdam viſionum ſpeciem præſeferentibus certam omninò fidẽ non habemus ob ingenitam genti levitatem. quidni tamen ut vero ſimilia referamus quando Deus cum ſimplicibus agere & ſermocinari gaudet. Barbarus aliquis ſæpiùs à reductione magorum fraudibus abductus poſtquam ſeriò animum ad fidem adjecit Sacerdotem linteatum dextrâ librum præferentem (qualem pictores S.P. Ignatium exprimere ſolent) adeſſe ſibi decumbenti conſpexit, qui cùm blandè monuiſſet ut abſolu-

ꝺſolutam exomologeſim inſtitueret; ecce tibi
ɔrribilem moloſſum flammas ore oculiſque
ɔmentem; ſed monſtrum Sacerdos abegit, re-
:titiſq; iterùm iterùmque prioribus monitis
ʻanuit. Egregia hominis virtus ac conſtantia
ɔn inane fuiſſe viſum vehementer ſuadent.

Æger de habendis poſthac piis ſermonibus à Divorum aliquo monitus repentè ſanatur.

ALius Eccleſiæ Sacramentis munitus quia brevi, ut putabatur, moriturus; ignotum e facie hominem cubiculum ingrediētem vi-it. illi in vertice è viridi ſerico pileus, orna-us omnis Epiſcopum indicabat; hîc ad ęgrum onverſus, nequaquam, ait, ex iſto morbo mo-iere. ubi revalueris ſocios admone arctam & lifficilem eſſe ad cælum viam, hortare tem-lum diligenter frequentent nec non de divinis ebus aſſiduè colloquantur, faceſſant porrò ɔmnés illi de dæmone ejuſque aſſeclis ſermo-ıes. Patri ſub hæc advocato viſum refert & lerepentè ſtupentibus qui adſtabant conva-eſcit. quod juſſus fuerat ſociis edixit ipſeque nonentis mandata examuſſim perfecit.

CAP.

CAPVT XXVIII.

Reductio B. Virginis in Yapiyu quæ & à Regibus nuncupatur.

OMnivm provinciæ reductionum e facile eſt difficillima tum quod à cæteris longiùs abſit, tum quod Yarras inter & Charruas ſita gentes planè Barbaras & immanes quæ quia piſcatui ac vnation continenter vacant ægrè admodùm reducuntur. Familias trecentas numerat hæc ſtatio, opportuniſſima alioqui iter B nùm Aërem verſus habentibus, quippe quod antehac latrociniis ac cædibus ſylveſtrium infeſtabatur.

Barbarorum manus Chriſtiani miraculo evadunt.

PAuci menſes ſunt cùm Chriſtianorũ octoginta ad errantes vaccas & pænè jam feras profecti ab Yarrarum multitudine circumventi ſunt. præterquam arcubus Yarræ fundis pugnant quibus præacutos ſilices adeò ſcitè contorquent ut certo ictu & longo intervallo ſco-

pum

um attingant senſere Chriſtiani ab hoc ar-
norum genere quod longiùs quàm tela fer-
ur, damnum ſibi ingens inferri. Itaque mu-
uâ acclamatione animati fidenter in adver-
am aciem penetrant, & cominùs prælium ca-
eſſentes ingētem edunt ſtragem. Verùm cùm
b hoſte circumcingi ſe propiùs adverterent in
ſperum aſcenſu montem ac pænè inacceſſum
ontento curſu ſe recipiunt. non auſi hoſtes
ortiter ex alto reſiſtentes aperto marte aggre-
i luculentos in gyrum ignes accendunt ut fu-
no & calore vincerentur; & viciſſent haud
lubiè ni ſuis adfuiſſet Deus: ſiquidem repen-
ina tempeſtas ignes reſtinguens viam fugæ a-
eruit, & nox ipſa ſpatium opportunum de-
lit. plurimi hoſtium eo conflictu cæſi, læſi
ropè innumeri, at Chriſtianorum non plures
uadraginta deſiderati qui omnes antequàm
n viam ſe darent animum exomologeſi pur-
averant.

Prælium proximè inſecuta lues. Vniverſos
ręter duodennem virginem afflavit. & tantil-
a quidem incolumitas non ſine miraculo, cer-
è non abſque precibus. ſolebat enim puellula
uot diebus manè poſtquàm ſe ſacro crucis
igno munierat Deum precari ſe ut à peſtis cō-
agio ſervaret immunem. Adultorum ducen-
os triginta octo ſuſtulit virus, puerulorum
octo

octo & sexaginta. Conjugati non plures du-centis supersunt; & quoniam magni interest ad aliarum incolumitatem ea reductio P. Iacobus Salazar agros latè circumsevit ne quem fortè penuria à communi vita deterreat.

Miserationis divinæ insigne exemplum.

QVærenti P. Iacobo omnesne de familia convaluissent, respondit Pater-familias unicum superesse jam peccata confessum sed qui votis omnibus expeteret auræ puriori adspirandæ rus deferri. vetuit Pater antequàm adiisset ipse, & adiit postridie; cùmque hominem propiùs abesse à morte haud obscuris indiciis conjiceret rogat nihilne sit super quod angat animum. negat ille. itaque animatum ad eventum quemlibet deserit. limen egressus motu quodam interiore adigi se sentit ad moribundi conscientiam diligentiùs excutiendam. nec mora, domum regreditur ægrumque per varias ambages eò deducit ut fateatur se à verno jejunio Sacerdotem non accessisse confessionis gratiâ, multa autem se ex illo graviora scelera perpetrasse. Igitur magnâ cum dolentis animi significatione totam conscientiam aperit. jam Pater domo exierat cùm lamenta & ejulatus percipiens quid sinistri acci-

:iderit rogat, & ægrum vitâ functum cognoscit.

CAPVT XXIX.

Reductio S. Nicolai Piratiningæ.

QVi hanc incolunt Neophyti egregios adhuc fecere in virtutibus progressus.

Solemnis ad placandum Deum supplicatio.

NIhilo minùs hîc quàm alibì pestilentiâ laboratum. at morbos ejusmodi divinæ ustitiæ administros esse à Patre audierant. Quare ad eum adeunt rogantque placando Numini supplicationem solẽnem indicat. Placet consilium. dies dicitur. diem vis ingens populi celebravit. pars maxima faces præferebant; plus quadringenti prægrandes humeris cruces, unicam plures sed ingentem gestabant n colle qui oppido imminet erigẽdam. Lugubri musicorum tono Psalmus *miserere* decantatus. viri complures in terga flagellis sævientes compita cruentabant fœminis & parvulis

lamentabili voce miſericordiam identidem ingeminantibus. hic ſupplicationis ordo. ubi reditum in templum dimiſsâ mulierum ac puerorum turbâ acriùs multò quàm antè redintegrata flagellatio, donec à Patre finiendi ſignum datum

Et quàmvis lues nihil de violentia remiſerit probavit evẽtus ab amantiſſimi Patris cæleſtis manu hanc correptionem immiſſam eſſe nihil omnibus id temporis antiquius quàm ut ne quis ſalutis orbatus præſidiis decederet.

Mulier Baptiſmum filii generosè procurat.

DIfficili admodùm partu obſtetricante nemine pepererat, nullus erat qui patrem advocaret, nullus qui auxilio ſolatiove dolores leniret. quid hîc agat generoſa mulier? vicit periculi metum ſalutis infantuli amor. ipſamet ſtatim à partu ad Patrem filiolum defert Baptiſmi gratiâ quo ſimul ut expiatus eſt vivere deſiit. Idem frequenter non à Chriſtianis modò ſed & Ethnicis factitatum. Vt primùm contagionis periculum adierant continuò generali anteactæ vitæ inſtitutâ confeſſione in omnem ſeſe eventum comparabant erato-

ratorum veniam à Deo hominibusque palàm nec sine lachrymis deposcentes. hîc quoque mancipiorum sodalitas erecta, atque stabilita non minore quàm alibi animorum bono. sub anni 1636. exitum novum templum consecratum ritu solenni. id ingenti Christianorum frequentiâ ob Christi isthic in Eucharistia præsentis majestatem assiduè celebratur. Templi & sacrarii si regionis côditionem spectes structura perelegans, quæ nec parum conducit ad ingenerandam Barbaris fidei nostræ existimationem.

CAPVT XXX.

Reductio S. Mariæ Majoris.

FERTILI amœnaque in planitie ad Vruayense littus sita est hæc colonia, sed in primis cælo salubri ubi etiam piscosi fontes & flumina, feraces gossipii triticique campos circumfluunt. pascua insuper pinguia rivis frequentibus intersecta, ut nihil hîc quod ad vitæ commoda, rurisque delicias faciat desideres. colonorum trecentos & quadraginta abstulit lues, nullum absque Sacramentorum præsidio vetulâ unicâ & infantulo exceptis: atque illa quidem non aliam ob cau-

ſam quam quod in oppidum deportari noluerit, hic autem quia ante mortuus quàm natus. Ad Iubilæum à S. Sede conceſſum nemo fuit qui ſe non ſedulò comparavit, quod proinde ſolemnitate ingenti, parique fructu celebratum.

Puellæ fortitudo pro tuenda caſtimonia.

EXimiam formâ virginem verborum lenociniis non ſemel ad flagitium juvenis invitarat, cùmque fruſtra eſſent verba blanditiis vim addendam ratus procul ab arbitris deprehenſam aggreditur. verbis illa primùm perditi furorem mulcere, tum monere caveret ſeriò tantum in præſentem Deum ſcelus admittere, fluxam eſſe quam quærebat voluptatem, pœnam voluptatis æternam; at cùm nihilo minùs inſaniret, & vim pararet, Dei hominumque opem denique inclamare: & ecce ſubito caſu in terram attonito ſimilis totiſque contremiſcens artibus leno corruit. ſic virgini ſpatium ad fugam datum. Ipſe verò inſolenti eventu perculſus è veſtigio tremebundus advolat ad Patrem, ſceluſque cum lachrymis deteſtatus vitam deinde in melius commutavit.

Alius puellæ pudicitiâ variis artibus fruſtrà tentatâ, inſontem ad Patrem defert tanquam

Caci-

Caciquii alicujus proſtibulum:ſed fraude mox retectâ meritis ſuppliciis mulctatus eſt.


Viget & hîc Mariana ſodalitas ſi alibi uſpiam. compendium hiſtoriæ fecero ſi dicam eos omnes qui ſe Virgini Deiparæ mancipárunt, non modò Chriſtianis, ſed etiam religioſis dignam hominibus vitam traducere.

Pia & jucunda mors puèruli ſodalis.

EA multis pro miraculo fuit. Viderat parvulus necdum rationis compos frequentes in templo exequias, à quibus domum reverſus in defuncti modum corpuſculum humi cōponebat, patremque ſuum rogabat ut moriendi poteſtatem ſibi faceret. Vſurpavit id frequenter puerulus, donec pater repetitis toties precibus commotus; ſi te, ait, fili amantiſſime, evocare Deus voluerit, ego ſanè non inficior, quippe qui illius nutum obſervare in omnibus ac revereri ſtudeam. morere, fili mi, morere ſi te Deus mori voluerit. hoc patris accepto reſponſo exurgit puer valens ac vegetus, atque ubi ſe morientis in morem in lectulo compoſuit continuò emoritur.

CAPVT XXXI.

Reductio S. Francisci Xaverii in Tobatiu.

NNO 1624. placidam hujus Ecclesiæ tranquillitatem turbare Venefici tentarunt. Qui hîc Christianos ementiti degebant sathanæ discipuli magum insignem nomine Chenombè inde usque ab ora maritima clam advocarunt, qui sparsis magistri sui zizaniis eò processit audaciæ, ut complures è suis ad necem P. Francisco Cespedes inferendam incitarit. Et verò intulissent haud dubiè, nisi se pater eorum machinationibus fugâ eripuisset. Latendum secundò fuit donec convenissent Christiani qui audaciam armis reprimerent. utprimùm sensere patefacta sua consilia adolescentem scholasticum à quo se proditos arbitrabantur clavâ immani percussum tantùm non occiderunt, tũ veriti ne brevi cum Iesv Mariae Christianis adesset Pater, pars cum Chenombè in montes profugêre, alii dissimulato scelere in oppido remansere. Ea fugitivorum jactura cùm gravissima Patri accidisset, è latebris prosiliens cum fido comitatu

tu illos convenit, Christianos reducit, & fugientem cum paucis Chenombè assecutus ligatum ad oppidum pertrahit. Captivorum alii in Itapuam, alii in Laurentanam reductionem relegati ubi inter veteres Christianos viverent absque ullius periculo. Vnus paulò post optimè comparatus ad mortem diem ibi clausit, cæteri post sesquianni exilium, cum sponderent meliora, in patriam remissi. Periculum non fuit ne ad ingenium redirent: nam brevi post reditum ad unum omnes variolarum pestilens virus afflavit ne vel unicâ aliorum familiâ contactâ. Omnibus in morbo adfuit Pater & quo potuit auxilio cùm animis tum corporibus succurrit.

Non plures viginti quatuor è ferventissimis adlecti in recens Virginis sodalitium, ut eo pluris beneficium fiat quo paucioribus conceditur. Conciliati sunt Christo in hac una colonia adulti ter mille quingenti, parvuli quadringenti supra mille, quorum trecenti cælo jam potiti agnum sine macula sequuntur quocumque ierit. Neophytorum fervor nulli est inferior: rerum copia vix ulli secunda.

CAPUT XXXII.

Reductio Beatissimæ Virginis de Acaragua.

ANNVS agebatur 1635. cùm gravi dysenteriâ, quæ quingentos ritè comparatos extinxit, reductionis de Acaragua incolæ liberati mox in gravius malum prolabuntur. sub insequentis exordium contagiosis variolis adeò laboratum ut mille trecenti morbo succubuerint, reliquis omnibus periculosè tentatis. Immensus fuit labor Christophori Altamirani, cùm solus unicus solandis animandisque tot ægris superesset. die uno viginti tumulare, quorum animos cælo præparasset usitatum illi fuit, donec & ipse gravi morbo tentari cœpit. Neque tum à proposito destitit. stabat in affecto corpore erectus animus quo gregi suo succurreret. Aliquoties defectis in opere caritatis viribus deportari domum & semimortuum oportuit. sed Deo tandem placuit inter gravissimos labores invictum pugilem sanitati reddere.

P. Chri-

P. Christophorus Altamirano prodigiosè sanatur.

IPsemet æger ac languidus lue laborantes sexaginta viatico, sexdecim unctione supremâ uno die munierat, sepulturâ donarat viginti quatuor, undeviginti cibo refecerat, venam pluribus inciderat; cùm illum puer ad matris moribundæ confessionem excipiendam advocat. Aura erat perquàm difficilis, copiosis imbribus cælum depluebat, tumultuabantur immites venti, robustissimis vix ferenda tempestas. Pater nihil invaletudinem, nihil tempestatem moratus continuò in viam se dat ne scilicet oviculæ jacturam faciat. Ter inter eundum elanguit, ter surrexit, & quo potuit modo perreptans ad scopum pertigit, ubi morientis confessionem excepit, animavit ad luctam, ac deinde majori quàm venerat labore domum reversus est. Obstupuit socius adjutor ut illum adeò languidum ac defectum viribus aspexit. At multò magis cùm exploratam vix micare venam & quidem inæquali tenore pulsuque intermittẽte deprehendit. Illum admonet videri sibi vix ad usque manè superfuturum. adstipulatus est æger monenti tanta erat

virium

virium defectio. Ergo in paupere lecto se com-
ponit mortem operiturus, nisi aliter cęlitibus
visum. Iacētem illicò somnus occupat, ad solis
ortum placidè quiescit & evigilans valentem se
ac vegetum miratur, quin & ipsa quæ vespere
eruperant pestis vestigia prorsus evanuerant.
Nullum omninò illo excepto morbus non at-
trivit; quoties tamen sublata in humeros pe-
stifera cadavera ad sepulchrum propriâ ma-
nu effossum deportavit? quoties die uno cen-
tenis Sacramenta impertiit? innumeris aquam
ad potum, ligna ad focum, aliaque id genus
comportavit. Dici non potest quantam ea ca-
ritas fidei nostræ existimationem apud Barba-
ros pepererit. Nunc demùm, aiebant, exper-
ti ipsi didicimus longè aliam esse in Christia-
nis atque in Ethnicis caritatem. Enimverò si
inter hos quempiam afflaverit lues, diffugiunt
continuò parentes ipsi, patrem matremque
destituunt filii, maritos conjuges, ita ut fame
sitique potiùs quàm morbo contabescant. Vo-
lupe fuit cernere quantâ cum reverentiâ ani-
mique sensu Sacramenta præsertim Euchari-
stiæ susciperent moribundi, quorum beneficio
complures subitò valetudini restituti.

Conatur

Conatur dæmon in desperationem juvenem adigere. Deipara in spem erigit.

ILlum in speciem non malum re autem verâ pessimum lues sic affecit, ut ab ipsis morbi initiis se propiùs abesse ab interitu crederet. Totus ergo febri & scelerũ conscientiâ ęstuans exurgit è lectulo ut animum confessione exoneret. Familiaris qui adstabat eum sedare moliens, nunc, inquit, alta nox est & pater (sic socium præsidem coloniæ vocitant) à diurno labore quiescit. Nolo, subdit æger, ut ipse ad me, ego ad illum ibo. venit horâ noctis decimâ, & simul ac domum est ingressus, adsum, inquit, mi pater pereunti animo medelam quæsiturus, quam si renuis, protinùs ad inferos devolvar. Veritus pater ne fortè vis æstus illum mente emovisset, quæstionibus variis tempus extrahere cœpit & hominem pertentare. Sanissimi erat judicii; iterabatque identidem interrumpente vocem singultu, heu me miserum! obsecro te, mi Pater, infœlici succurre! amabo ab irato Numine scelerum meorum veniam deprecare. Rogatus unde tam subita mutatio, respondit, sibi in strato jacenti

ti horrendum adſtitiſſe ſpectrum, à quo hæ
diſtinctè audierat : non eſt quod indulgentiaı
ſperes mortalium infœliciſſime,nihil tibi pro
derit confeſſio,ſerius eſt jacta eſt alea,nimis e
normia ſunt quæ admiſiſti ſcelera. Propendē
in deſperationem adfuit auguſtâ ſpecie matro
na , quæ compoſito ad commiſerationem vul
tu ; ſume animos , dixit, fili mi, ſume animos
Deus meus & natus meus tibi noxas remitte
eas ſi modò Sacerdoti ritè fatearis. Tum Pa
ter ad fiduciam in Dei ejuſque Matris clemen
tia collocandam excitatum confitentem au
diit , auditum in ſpem valetudinis cùm corpo
ris tum animi erexit & exultantem dimiſit
Nec vana ſpes fuit. die inſequenti corpori
animique ægritudo prorſus abſceſſerat. Inti-
mis ex illo medullis infixa erga Deiparam de-
votio inhæſit. Et quoniam ejus ipſe opem ſen-
ſit , primum ipſius ſtudium eſt afflictos omnes
excitare ad implorandum Virginis patroci-
nium ; quod quia præſtare nequeunt infantuli,
eos ipſe in Acarium defert pænè quotidie ubi
Dei parentis imago prodigiis celeberrima co-
litur. Illa eſt quam ſudore maduiſſe in annuis
præcedentibus retulimus,quæque ab illo tem-
pore ob quotidiana miracula magis ac magis
celebrari pergit:nullus à munificentiſſima Vir-
gine vacuis manibus revertitur, nullus viciſſim
inter

ter Neophytos qui illam ſingulariter non
net, paucos admodùm videas qui ad illius
am coronam non percurrant quotidie, om-
es quàmvis diurno labore fatigati ſtatim at-
ue redeunt domum poſitis oneribus rectâ ad
mplum indeque ad Virginis imaginem tur-
atim convolant.

Peſtis quæ partem incolarum mediam ad
ille & octingentos abſtulit, hoſtem fugienti-
us non importuna accidit: quippe & domos
quilinorum morte vacuefactas & collectam
eſſem reperêre, magnaque à ſuperſtitibus
enevolentiâ accepti ſunt.

Hæc reductio poſtrema occurrit fluvium
ruay aſcendentibus. Vicinos habet varios
thnicorum populos, qui quòd ſociis & Chri-
ianis utuntur familiariter & ſenſim ineſcan-
ur munuſculis, brevi latiſſimam Euangelio
nuam apertum iri ſperamus. Id præſagiens
acodæmon omnes aditus obſtruere nititur.
onſtituit non procul Neçu quempiam è diſ-
iplina ſua præſtigiatorem nobiliſſimum, qui
ibus patribus in Caaro trucidatis in haſce
lagas ſeceſſit.

CAP.

CAPVT XXXIII.

Reductiones magni fluminis Parana

SEPTEM visuntur ad Paranę ripas, pro vinciæ totius antiquissimæ. Ternæ a ipso missionum exordio cœptæ in coluntur ab indigenis fluvii Paranensis acco lis. Reliquæ à peregrinis, qui Brasilo Lusita num hostem fugientes hîc fixere sedem. D Caaro & Candelariâ actum superiùs. Aliæ it duæ Guayranos incolas habent, de quibu cùm nihil perscriptum fuerit inde usque ab an no 1631. nunc interruptam toto septennio nar rationem breviter persequemur.

Reductio S.P. Ignatii in Parana.

EA sive rem familiarem sive spiritalen spectes eò instructior est quò antiquior Convenæ omnes optimè vestiti. Pars magn boves aliquot alunt, quibus ad convehend onera subigendamque humum bellè utuntur Agri uberes in paucis, tritici copiam, lēticula pisorum, gossipii, & alia id genus human vitæ commoda suppeditant. Nihilo steriliore animorum fructus qui ex frequenti Sacramen

torur

:orum usu, concionibus & aliis pietatis exer-
:itationibus plenâ, ut aiunt, colliguntur manu.

Quanti fiat Dei Matris sodalitas.

FVit hæc omnium prima, neque antiquitate vilescit. quin tanto passim in pretio est ut in eam admitti beneficii summi loco ducant, ejici verò summi supplicii. Et sanè ea fuit Dei parentis in clientes suos liberalitas, ut vel invitos ad cultum suum pertrahere potuerit. E cœtu Mariano juvenis de seducta aliena cõjuge falsò accusatus in carcerem primùm conjectus est, dein è sodalium albo expunctus. Postremum adeò graviter tulit ut dedecoris impatiens violentas manus sibi afferre decreverit. Et verò id tentavit sæpiùs, sed manicæ pedicæque ferreæ quibus arctè stringebatur obstitere. Acriùs agitatus aliquando his animi motibus subitum inaudit murmur & ergastuli fores veluti si pandantur strepere: post statim ignotum Societatis hominẽ illustri vultu conspexit, qui propiùs accedens; Deus te protegat, inquit, Deus te salvet, fili mi. dixit & evanuit. Exclamát juvenis perterritus, concurrunt vicini, sed occlusas fores comperiunt. Ipse mox excussis importunis furiis pacatoque animo causæ cognitores petit quod adhuc recusarat

cusarat pertinaciter. probavit innocentiam suam, & peractâ generali confessione mores correxit cum spiritali commodo singulari.

Deipara sterilitatis præsens periculum depellit.

INeunte anno trigesimo sexto tanta hîc erat aquarum penuria ut sementes planè contabescerent, licèt in adjacentibus latè regionibus copiosè pluisset. impendebat malorum pænè omnium maximum sterilitas. Qui reductionem regebat socius sacrosanctum Corporis Dominici sacrificium promisso solemni in Dei parentis honorem peragendum devovet. Eliam orasse dixisses. quippe eodem temporis momento innube antea cælum tegi, glomerari nubes, & uno post quadrante adeò copiosi imbres ruere, ut frugibus abundè suffecerint.

Miraculum à S.P. Ignatio patratum.

VAriis claruit apud clientes suos. Vnum instar plurium subjicio, cujus ipse reductionis præses testis oculatus extitit.

In grave animi deliquium quod duas horas tenuit inciderat mulier. nullum in ea vitæ indicium

dicium:mortuam lugebant domeſtici. Vocatus adfuit Pater, atque ubi vidit animæ aliquid ſupereſſe S. Ignatii effigiem morientis pectori admovet. Mirum dictu' ad primum contactum ægra oculos aperit, manu prehendit effigiem & oſculatur: dein continuò cibum petit, ſanam ſe eſſe exclamat, & erat.

Taceo prægnantes ejuſdem patrocinio periculo ereptas, abſque numero ſunt, & nimis vulgare illud ſancti Parentis beneficium.

Chriſtianorum caritas in adjuvandis miſeris prolixam laudem & encomium meretur ſingulare: ne tamen à propoſita brevitate deflectam, dixiſſe ſufficiat Paranenſem S. Ignatii coloniam afflictorum aſylum eſſe; adeò non indigenis tantùm & profugis quibuſlibet, verùm etiam crebrò commeantibus opitulari geſtiunt. Peregrinis paſſim hoſpitium, cibaria, commeatum & tegendis corporibus goſſipium liberaliter offerunt, nudoſque nullo patriæ aut conſanguinitatis reſpectu indumentis inſtruunt à capite ad calcem.

Nihilo mitior adverſus mitiſſimam gentem quàm erga cæteras peſtilentia fuit. Caciquorũ aliquot primæ notæ interitus graviter ſocios affecit; at multò graviſſimè muſicorũ peritiſſimorum qua vocis qua fidium jactura, cùm ab eorum arte rudiorum pietati multùm accedat.

CAPVT XXXIV.

Reductio Itapuana in Parana.

QVò duriores hi initio ad suscipiendam fidem, eò se post molliores ad omnem virtutem prębuere. Id amori quo in Dei parentem feruntur adscribimus; cujus beneficio adamantina pectora in cerea commutata. Non sodalium modò, verùm etiam cæterorum passim studium, solemnes magnę Matris ferias noxarum confessione Eucharistiæque participatione celebrare, Marianum quotidie sertum pervolvere, & id genus exercitia frequentare. At quanto pietatis pretio? exempla aliquot in argumentum adduco.

Admirabilis amor castimoniæ in sodalibus.

VIri complures anteà fœditatis cœno immersi multoque impliciti pellicatu, rogati inter confitendum nullane præteritorum scelerum species recurrat; attonitis & paventibus similes; quonam id pacto fiat, mi Pater? Deiparæ modò sodales sumus; Ex quo in i

ſius clientelam conceſſimus, faceſsivere Veneris importunæ cogitationes & fœda libidinis irritamenta : nihil iſtorum animo ſubit, nihil modò nobis cum turpitudine, quippe qui prorſus alii jam ſumus.

Muliebris fortitudo ſolo nomine inferior eſt ; imò, cùm cætera ſit par, eo nomine ſuperior. Multæ provocatæ ad flagitium, imò & mortis metu adactæ animo pluſquàm virili ſic lenonem irritant. En caput, en pectus, feri, fode, ſcrutare ferro viſcera, miſellum hoc corpus perde, dilania : melius eſt abſque opere incidere in manus veſtras, quàm peccare in conſpectu Domini.

Alia interroganti proco ſoláne eſſet ; minimè ſola, reſpondit, Deus enim meus mecum eſt, qui me conſpicit & tuetur. urgenti nihilominùs importunè ; infœlix, ſubdidit, perdes oleum & operam. diſrumpar citiùs quàm præſentem Deum offendam.

Aliæ lenoni roſaria objicientes: adverte miſer, aiebant, me Dei parentis & cæli Reginæ mancipium eſſe. Adeòne ſine fronte ſis ut hocce corpus toties Venerabilis Sacramenti attactu conſecratum profanare & inquinare non perhorreſcas ?

Studium mortificationis.

AD conſervandum pudicitiæ nitorem valuere plurimùm ſpontaneæ corporis afflictationes. Viri ter quot hebdomadis quadrageſimæ, aliàs ſextâ quâque feriâ in templo publicè; fœminæ privatos intra parietes flagris in corpora deſæviunt. Quin puellis ipſis tantus ineſt ardor, ut rure revertentes abditos quærant receſſus, ubi procul ab arbitris ſeſe liberiùs diverberent.

Cura recitandi quotidie roſarii.

QVanta ſit vel ex hoc uno exemplo colligi poteſt.

E ſociis quiſpiam à S. fidei urbe rediens cum Indorum turba, notavit ſodales quotidie à cœna in angulum ſecedere ut ſerti Mariani globulos de genibus unà pervolverent. Corporum defatigatio piæ conſuetudini nihil obſtabat, quàmvis à prima luce in veſperum remis incumbentes gravem vectoribus & ſarcinis navem adverſo flumine propellerent. Fortè aliquis inter preces ſomno ſuccubuerat. edormienti ſub mediam noctem rediit in memoriam

moriam non perſolutum roſarii penſum. Itaque ſuſpenſo gradu ſub arborem vicinam ſe transfert. Inſequitur Pater & hominem reperit poſitis humi genibus erectiſque in cælum manibus roſarium percurrentem. Quid dicitis adhæc Europæi ſodales, qui acceptâ retrò à Majoribus fide pietatem cum lacte ſuxiſtis? an tanta Barbarorum pietas vobis ruborem non incutit? an non tacitè negligentiam veſtram redarguit? præclariora ſubjicio.

Sodales duo conjuges caſtitatis amore à mutuo contactu abſtinent.

ERant ambo præſtanti formâ & vegeto corpore, ambo vix adoleſcentiam egreſſi. Ipſo nuptiarum die ſponſam juvenis interpellat in hunc modum: Magnum me tenet ſervandæ puritatis deſiderium; Angelica virtus eſt caſtitas & Deiparæ matrique noſtræ optimæ cariſſima; fœdę & fluxæ ſunt carnis voluptates. Si deſiderio meo annueris, næ tu Deo, Dei parenti, ſuperiſque omnibus rem gratiſſimam feceris. Non tantùm annuit ſponſa, ſed collaudato viri conſilio idem ſibi in votis eſſe reſpondit. Ergo utriuſque voluntate à corporum attactu abſtinere decretum ad

uſque mortem, quæ duobus poſt annis virum eripuit. Viduam juvenculam Pater interrogat num ad ſecundas nuptias convolare nolit (cùm enim prona ſit in Venerem Indorum indoles paſſim à ſociis proponuntur & ſuadentur connubia) reſpondit virgo nihil addubitans abhorrere ſe à nuptiis, quando hactenus corporis pudicitiam tantâ cum animi voluptate ſervarit: ſtatum fixumque eſſe virginitatis florem cæleſti Sponſo illibatum offerre. urgenti amplius & ætatis formæque pericula objicienti ſubdidit illa; ea, mi Pater, ſedet menti ſententia, id unicum eſt deſiderium meum quod ſi nubere juſſeris, ut potes, quippe animi mei moderator & arbiter, parebo. verùm te etiam atque etiam rogo & obteſtor ut ſeriò rem tanti momenti Deo commendes ejuſque voluntatem inter precandum quantâ poteris ſollicitudine exquiras. Quis in ea ætate inter rudes & Barbaras gentes tantam conſtantiam, tam heroicum facinus, tam ſingularem cum virtute junctam prudentiam non admiretur? miror ego minùs juvenes in fornace Babylonica illæſos & intactum à leonibus Danielem, adeò propendent in libidinem Barbari.

Aliud

Aliud studii castimoniæ argumentum illustre.

Sitne superiori illustrius lectori statuendum relinquo.

Puellæ quinque peractâ exomologesi non procul à tribunali expectarunt dum recessissent cæteri; tum simul ad Patrem: amabo, mi Pater, quid agendum censes, ut nos Deo Deíque Matri gratissimas præstemus? diu nos urit puritatis Deo consecrandæ desiderium, tu, si lubet modum edissere. licèt humi cubationes perpetuas, quotidianas flagellationes & jejunia, atque his duriora suaseris, ad amussim, dum vita suppeteret, exequemur omnia. paucis animatas ad virtutem tentavit Pater dimittere, at illæ, ne putes hæc à nobis tumultuariè dici; jam dudum familiares sunt ejusmodi corporis afflictationes atque usu ipso faciles, asperiora si suaseris, fient itidem amore sponsi suavia.

S. P. Ignatius parturientibus ſubvenit.

NEſcio quo demùm infortunio fieret ut ferè omnes eniterentur infœliciter, vix ulla abſque ſuo fœtuſque periculo peribant omnes ferè parvuli ; ac, proh dolor ! non pauci priuſquàm ſalutares bibiſſent aquas. At poſtquàm communi prægnantium voto patronus adlectus S. P. Ignatius nulla omninò infœliciter peperit. Nec immemores fuere beneficii. Ex illo fœminæ omnes feſtivum patroni diem ſacrorum myſteriorum uſu concelebrant & ſingulari prorſus amore in beneficum ſuum feruntur.

Partus difficultas mulierem adduxerat in ſupremum diſcrimen : accurrit conjux ad ſocios mœſtiſſimus, ratus iconis ſacræ remedium adeſſe tempori non poſſe. Addit ſe comitem Pater & ægram ſupremos trahentem anhelitus reperit. Aperuit ad illius vocem oculos, acceptâque magno animi ſenſu Divi imagine ; ah, inquit, patronorum optime, ſuccurre pereunti ! verba vix protulerat cùm infantulum fœliciter effudit, cui ex parentis utriuſque voto Ignatii nomen inditum. Vivit etiamnum

inco-

incolumis cum matre filiolus. Hujus reductionis convenæ maturuere cælo eo potissimùm ardore caritatis quâ ab hoste profugos suscepere. Nullus inter innumeros mortem obiit non æquissimo animo, sed omnes ea prorsus quâ Christianos decet generositate.

CAPVT XXXV.

Reductio Corporis Christi.

HVIVS reductionis acta annis 1636. & 37. quia needum ad me perlata in annales sequẽtes rejicio, ea nunc tantùm quæ trigesimo quinto contigere delibabo quippe cùm supradictis affinia.

Recurrentibus anno toto Dominicis pars civium magna ad pœnitentiæ tribunal & epulas sacras accedunt. Omnes erga Venerabile Sacramentum afficiuntur tenerrimè hinc antequàm manè rus abeant, sacro Missæ sacrificio quot diebus non interesse grande piaculum. prætér hæc pietatis exercitia, sunt & alia Virginis Deiparæ sodalibus cõmunia. Rudiores fidei mysteriis erudire, liberalitate profusâ subvenire egentibus, solari ægrotos quotidiana sunt. Sæviente verò pestilentiâ, veluti densâ nocte sidera, multò illustrius splenduere,

præsen-

præſentiſſimum mortis diſcrimen nihil morati peſte laborantibus adſtare continenter, edulia ſubminiſtrare, ſternere lectos, animare morientes, mortuos condere ſodalium erant deliciæ. At caritas quâ exules Guayrani excepti univerſis communis fuit. illis æmulatione verè Chriſtianâ oblata certatim tecta, veſtes, annona; ſic ut illi ſuo ſe fœlices exilio dictitarent. Neq; ſe Deus liberalitate vinci paſſus eſt. omnibus cum fœnore duplicato repenſis, rebus ad humanam vitam neceſſariis adhuc abũdatum.

CAPVT XXXVI.

Reductiones D. Virginis Lauretanæ & S. Ignatii in Guayra.

VTRIVSQVE hiſtoriam eventuum affinitate conjunctam unicâ narratione complectar. Eas in annalibus antecedentibus hoſtem fugientes ad novas Yabebirii ſedes comitati ſumus. Ex illo nihil perſcriptum, nondum perlatis commentariis. quæ nunc referemus in compendium ad uſque annum trigeſimum ſeptimum ſupplemento erunt.

Status

Status utriusque reductionis ante hostium adventum.

INter tredecim nobilissimas Guayræ colonias, hæ uti antiquissimæ ita florentissimæ. Templa habebant totius Paraquariæ elegantissima, sive Indorum sine Hispanorum oppida spectes. In utroque pronaum triplex cum totidem altaribus insigni picturâ conspicuis. Columnæ ordine duplici cum basibus suis, capitellis, peristiliis, cæterisque ornamentis affabrè factis molem sustinent pone operis ejusdem tribunalia, suis quodque locis collocata. totum opus quantum quantum, cedrinum. utrobique lustralis piscina, sacrarium, scamna, & ejusmodi supellex, omnia industriâ & arte singulari concinnata. Oppida in quadrum extructa, plateę omnes rectæ & æquales, domus cõtinentes nec elegantes minùs quàm commodæ. suæ singulis cortes, in quibus gallinæ, anseres, aliique volucrum domesticarum greges alebantur. Agri granorum omnis generis & gossipii feraces in paucis; unde non tantùm pannorum commercia agitabant incolæ, verùm etiam peregrinorum omnium quà Indigenarum quà Europæorum nuditati libe-

liberalissimè prospiciebant. Cernebantur in montibus ovium & caprarum greges, mulorum & boum armenta in pascuis uberibus quæ piscosi amnes & rivuli intersecant.

His aliisque humanæ vitæ commodis fœlices erant incolæ, at multò sanè fœliciores eo studio quo in omnem virtutem alacriter incumbebant. Inde usque ab anno 1609. quo tempore colonia fundata, fecere Christiani magna in dies incrementa, at longè majora sub annum 1631. cùm stabilitâ re domesticâ, liberiùs animi negotia procurare datum. Tanti certè ex illo facti sunt progressus ut Indis & Europęis proponi possent in exemplum, præsertim cùm hos & illos moribus, verbis ac præceptionibus frequenter ad pietatem informarent.

Immanitas Incolarum S. Pauli.

HOs rei Christianæ progressus Brasilorum sęva crudelitas abrupit. Illi contra gentium jus cum exercitu penetrantes in provinciam ferro & flammis vastarunt omnia, ipsos Europæorum pagos desolarunt incolis in fugam aut in servitutem abactis. Non ejusdem fidei quàm profitentur sanctitas, non regii nominis reverentia à popularium suorum sanguine

guine & injuriis continuere. Ausi sunt Villaricam urbem in qua tunc Episcopus aperto marte tentare; sed cum magna clade & ignominia repulsi sese in vicinos agros effudêre. Eo veluti furoris torrente undecim florentissimæ reductiones sociorum curæ commissæ funditùs eversæ. Non sexui, non ætati, non locis aut personis sacris parcitum. Vbique cruor, ubique cædes, & inaudita scelera quæ vel immanissimi horreant antropohagi. quæ crudelitatis vestigia satis superque ostendunt feram illam gentem cum Dei Regumque contemptu immanitatem & impietatem à teneris hausisse. Certè authoris candidi litteris comprobatum in S. Pauli civitate veriùs immanitatis arce tres supra octoginta Hispanos, Indos innumeros servituti reservatos feritate plusquàm Barbarâ trucidatos. Hos pro bombardarum scopo cõstituunt, illos velut animi causâ & ad explorandam acinacis aciem discerpunt, vivos alios igne, alios undis præfocant. Quid mirum si illorum terror Indos sedes mutare compellat relictis domibus ac fortunis? ne scilicet suam & liberorum vitam, conjugumque pudicitiam hominum perditissimorum furori ac libidini exponant.

Vtriusque reductionis convenæ in Yabebirium migrant.

AD primum hostilis adventus rumorem quisque suam sibi suisque canoam fabricarat in omnem eventum ex P. Francisci Vasquez antecessoris mei consilio, qui quæ in S. Xaverii gesta fuerant præsens spectarat. ubi nuntiatum est appropinquare hostem, quod defensionem desperarent, institere apud socios, ut se cum liberis & uxoribus recipere in tutum permitterent. Auxere timorem litteræ à civitate, quam Regiam vocant, quibus propiùs abesse hostem nuntiabatur. Ergo decretâ confestim profectione incolæ omnes ad duodecim millia in septingentas canoas & balsas impositi cum commeatu, suam socii ingressi cum supellectile sacra, imaginibus & domestico apparatu. Quis ad tam triste spectaculum lachrymas teneat? Insontes ad vincula ad cædem quæri, patriis sedibus expelli, adeò florentem IESV Christi vineam ab iis convelli qui IESV Christi legibus gloriantur. sed Christum jam antè exuisse oportuit qui humanitatem exuerant. Rebus omnibus ad iter comparatis abeundi signum & postremum vale cum la-

chrymis

chrymis patriæ datum. Navigari cœptũ ſecundo Parapane qui in Paranam devolvitur. non fuit præpropera fuga: quippe tertio poſt profectionem die deſertam ſtationem occupavit hoſtis. Agnovere exules haud dubiam Numinis providentiam & exultarunt prę gaudio ubi ſe adeò opportunè ereptos periculo conſpexere. Mox tamen temperata eſt miſerorum lætitia triſtibus & inexpectatis nuntiis. Regiæ civitatis in Guayra convenæ erecto ad anguſtias fluminis propugnaculo tranſitum intercludere moliebantur. Mens erat exules per vim in ſuburbana abductos ſervituti ſubjicere. Horruere primùm ſocii ad ejuſmodi nuntios: cùmque vix adduci poſſent ut crederent, Antonius Ruyz ad propugnaculi præſidiarios adire conſtituit, vel ut deterreret à conſilio, vel rem planiùs exploraret. Fruſtra fuere Patris monitiones excœcatis avaritiâ animis; adeò nihil profecit ut potiùs intentato ferro necem minarentur ſi ad ſuos reditum tentaret. Evaſit tamen, & clàm reverſus ad ſocios non inanem fuiſſe proditionis metum admonuit. Conſternati ſunt principio Indi; mox tamen timore in deſperationem verſo uno ore exclamarunt omnes certum eſſe iter quoquo modo perſequi. ſi vim parent Hiſpani ſe pro libertate pugnaturos ad mortem.

Itaque

Itaque directis in certamen navibus, classis ad propugnaculi radices fidenter admota & futuri prælii species facta. Viris omnibus quà voce quà nutu sese cohortantibus jam jam oppuguanda valla videbantur. Terruit Hispanos audacia. quare collatis paulisper capitibus transitum permittere visum. Vbi ad præcipitium Guayranum pervenit classis, pedibus per montis ardua ituri leucarum viginti itinere, navibus exscendunt. canoæ priùs trecentæ aquis permissæ, ut si fortè evasissent aliquæ integræ à prolapsu, navigationi quæ supererat utiles forent. inutile fuit consilium: nam tanto impetu per rupes & rupium asperas specus aquæ præcipitant ut statim in frusta dissilirent. Diebus omninò quinque descensum. spes fuerat ad montis radices quà fluvius navigabilis est naves reperiendas, sed Paranenses socii ad provinciæ congregationem profecti cum vario indigenarum comitatu ferè omnes avexerant. Adfuere sub hæc Petrus de Espinosa & cæteri è Guayra Patres cum reliquiis coloniæ Angelorum in Tayoba. Dici non potest quantus fuerit sociorum dolor, cùm florentissimam Ecclesiam excisam penitùs aspexere. Deficiente paulatim commeatu desperatisque navigiis pars magna per montes dissipati. Alii subigere raptim terram spargendo semini, alii canoas

moliri cœperunt. ſed deficientibus craſſioribus arborum truncis multorum labor inutilis fuit. Non pauci ſuperato iterùm monte iter relegentes in hoſtium manus incurrêre. Abſumptis ad extremum cibariis morbi omne genus incubuere: Quibus ut ſe eriperent malè compactis truncorum vel arundinum tabulis vitam credentes nonnulli in præſentius diſcrimen ſe conjecére. Hujuſmodi crates aliquot in omnium oculis fluctibus hauſtæ, abſque vectorum quidem damno non abſque prodigio.

Mater cum filiis naufragio eripitur ope Virginis.

FVit inter naufragos mulier gemellos parvulos in ulnis geſtãs; quæ cùm caram prolem non dimitteret ſemel ac iterùm vorticibus abrepta periiſſe credebatur: ſed cùm aliquoties emergeret, tandem peritiſſimorum urinatorum ope longo intervallo ſub undis retracta per crines incolumis evaſit. Erepti periculo puſiones blandè continuò ſubriſere, veluti ſi nihil incommodi paſſi fuiſſent. Prodigium Virgini adſcriptum cujus patrocinio periclitantem cum prole matrem ſocii commendarant.

Aliis non peræquè fœliciter cessit. vehebantur ejusmodi rate fragili quinque supra viginti, è quibus pueri undecim & invalidiores aliquot fluctibus involuti, reliqui natando ægrè evasere: quantumvis magna caritas sociorum qui in vicinis agebant reductionibus multitudini par esse non potuit. sex aut octo boves ab iis submissi cædebantur in dies; sed quid hi inter tantos? vix ad producendum languorem, nedum ad tolerandam vitam sat erant. Adeò fames invaluit ut nec à venenatis serpentibus, nec obduratis boum pellibus, aut frænis equorum aquâ maceratis abstineretur. Accessit pœnè gravius malum pestilentia, quâ supra mille & quingentos absumpti; nec absque Numine factum, ut nemo unus Ecclesiæ præsidiis non præmunitus. Æquè prodigiosum est nullos in tantis rerum angustiis auditos questus; quin una omnium vox fuit miserias inter maxima Dei beneficia reponendas, cùm illæ gradus sint ad beatitudinem, & longè melius fuerit in exilio mori cum spe fœlicitatis æternæ, quàm inter hostium ludibria captivos vivere, ac subinde more pecudum procul ab omni tam animi quàm corporis subsidio interire.

Christianos exules fame laborantes Deus prodigiosè pascit.

MOverit Dei clementiam invicta in adversis constantia, & ad revocanda antiqua retro prodigia excitarit. Redacti erant exules ad extremam famem, exhaustæ armentis omnes circum reductiones, boves consumpti ad duodecim ferè millia, longo intervallo aberat messis, nulla spes producendæ ultra vitæ supererat; cùm ecce ingens herbarum copia in flumine subitò enascitur, antea nunquam nec deinceps in Ybaberio visa. Illam indigenæ Igau appellant. Cibus est alibilis & saporis optimi. Atque quò manifestius fieret Dei beneficium post collectam sub solis ortum singulis familiis portionem, nihil omnino supererat; sequenti verò manè adeò copiosè recreverat ut abundaret omnibus. quotidianum prodigium ad usque adultam æstatem nec diutiùs perduravit siquidem statim atque maturuit copiosa messis, videri herba desiit, posthæc quippe inutilis futura.

Præcipuus sociorum labor sub hæc adversa tempora in alendis orbatis parentum ope puerulis, pascendisque pecoribus. Neque enim à

bubulci vel etiam lanionis officio abhorrebant omnibus omnia facti ut omnes Christo lucrifacerent.

Triplices illecebræ ad commorandum in Ybaberio exules allexere. soli fœcunditas cælique clementia, securiras ab hoste, & accolarum humanitas. dum hæc scribo in omnium rerum affluentia versantur. singulis domi par boum ad aratra, in mensas pecorum greges: equi in pascuis propagantur insigniter. Quæ & alia id genus commoda faciunt ut inter Dei beneficia numerent exulare à patria, quippe valde opportunâ hostium immanissimorum injuriis.

Magus à Barbaris pro Deo habitus Christo conciliatur & fœlicissimâ morte defungitur.

NOmen illi Caquarari, informe corpus & fœda facies, ingenium optimum; caput ingens nulla colli distinctione humeris adhærebat, manuum pedumque digiti extrorsum distorti, crus utrumque exile admodum, vires vix ullę. Natus est in provincia quam Nuatingi appellant, ubi montis in vertice habitans vix sui copiam faciebat, nimirum ne fœda corpo-

ris

ris species contemptui foret. Cōfluebant Ethnici undequaque cum muneribus, vel oracula ex ejus ore, vel corporum sanitatem agrorumve ubertatem exoraturi. Gravis erat & molesta sociis hæc fidei remora ubi præsertim fama vulgavit agitari ab Ethnicis de templo monstro huic erigendo. Ergo legatos cum muneribus ad magum mittunt in oppidum invitaturos ad patres, quippe qui magna ejus consortii cupiditate tenerentur. Lætus ipse honoris testificatione gratissimum sibi accidisse respōdit humanitatis officium. Nec mora legatos sequitur & insigni comitatu ad reductionem venit. Admirati sunt socii Barbarorum cœcitatem, qui à tam informi monstro sibi illudi paterentur. Acceptus perquàm benevolè & humanitate muneribusque devinctus redire permissus est. Appetente solemnitate percelebri, ad quam Indorum magna multitudo peregrè confluebat, nunquam magis opportunè hoc superstitionis monstrum atteri posse judicatum à sociis. Igitur missis iterùm legatis qui ad festivitatem suâ præsentiâ celebrandam hortarentur, facilè allectus est honoris specie. Atque ut hominem authoritate dejectum ridiculum plebi redderent: suasere Patres ut sibi velari oculos, & pellem coloribus variis depingi pateretur; Quod si ita personatus è pueris

ſcholaſticis circumcurſantibus aliquem apprehendiſſet egregio donandum præmio ſpopondere. non abnuit fraudis ignarus. Itaque ad ſpectaculum concurritur. ſtabat in corona larvatus egregiè ad ludibrium, pueri non rudes rei bene gerendæ, palmarum ictibus, cachinnis & ſarcaſmatis ineptum ad curſum hominem, præclarum ſcilicet Deum, ludificabantur. Hinc effuſus ſpectantium riſus & magnum authoritatis, quam apud ſuos obtinuerat, detrimentum. Donatus eſt tamen præmio & die inſequenti domicilum, veſtes, victuſque oblata à ſociis quippe qui ejus familiaritatem ambirent. Cùm lubenter acquieviſſet ad tempus in noſtrorum contubernium admiſſus eſt, & ſenſim fidei veritatem hauſit. Atque ut erat acri ingenio agnovit brevi veſaniam quâ implicitus vixerat, artes magicas ultrò & palàm abjuravit, Baptiſmum ardenter expetiit, atque ex inſigni præſtigiatore in eximium divinæ legis præconem evaſit. Certè tantâ valebat dicendi facultate ut Patres ipſos in admirationem, Barbaros verò raperet quò vellet. Conſultus ab Ethnicis de arte priſtina & eventibus futuris, eos acriter excitare ſolitus fuit ad amplectendam fidem: Non is ſum modò, aiebat, qui fui: dæmonis olim mancipium cùm eſſem & diſcipulus, malis magiſtri mei artibus

vobis

vobis illudebam, & præstigiis ceu illecebris vestra captabam munera: at nunc Dei maximi & cæli terræque Conditoris filius effectus certum iter ad cælum & beatam immortalitatem ostendam; cavebo inposterum & seriò cavebo ne ad insaniam redeam. Duobus annis à suscepto baptismate correptus morbo, quem præsagiebat postremum, ad nos deferri voluit, ut vitam hanc mortalem apud illos relinqueret securiùs, à quibus immortalis semina susceperat. Prima illius cura confessione generali aliquoties iteratâ animo prospicere & armis communiri, quibus hostilia tela repelleret. Quotquot ventitabant invisendi gratiâ, eos cum fructu hortabatur ad vitam Christianè traducendam. Nocte quæ suprema extitit cùm instare mortem præsentiret; advocato è sociis alicui nihil, inquit, mi Pater, nihil prorsus animum meum excruciat; lætitiâ gestio quòd artes cacodæmonis execratus vixerim Christianus & moriar. Iterum atque iterum dæmonem detestor, Iesvm Christum verum Deum ac hominem agnosco, revereor, & ex animo diligo. Quod mihi exciderat rem alienam restituo. Tum è sinu thecam deponens, in qua præter reculas sacras æris frustulum erat acus & acicula; accipe, ait, mi Pater, hanc thecam quam reperi nuperrimè, mea non est, tu illam

domino reddito, ne quidem sceleris umbram in me superesse velim, cùm ut Dei filium addecet, è vita migrare percupiam. Vix loqui desierat cùm luctari cum morte cœpit & paulò post vultu gaudium præferens placidissimè expiravit. Quis sociorum lætitiam explicet ubi scelerum olim insignem architectum & cacodæmonis nobilem discipulum viderunt tam fœlici morte defungi, erebi faucibus eripi, superis inseri?

Nova Deiparæ sodalitas magno cum fructu erigitur.

QVo nimirum Virginis liberalitate sarciretur quidquid per belli tumultus & famis incommoda de fervore decesserat. Nec Patrem spes fefellit. tanta mox secuta morum mutatio tum cohortationibus tum exemplis sodalium ut innumeri sodalitatem votis omnibus expeterent. Credi vix potest quantâ vitæ integritate quàm placidis essent moribus Deiparæ clientes. ubi se dabat occasio de magnæ Matris excellentia disserendi, toti in laudes rapiebantur suavissimis illam nominibus, Matris, Dominæ, Advocatricis, Patronæ compellantes. Quotidianum non adultis modò, verùm

verùm etiam infantulis rosarii pensum in templo sub noctem persolvere, licèt oppidò lassi rediissent domum. Quid igitur mirum si tantis beneficiis à Dei matre cumulati sint quæ se vinci liberalitate non patitur?

Vetula diu cum morte luctata placidè moritur statim à Baptismo quem suscepisse credebatur.

ERat hæc vitæ integritate conspicua; jamque mors in horas expectabatur. mensem totum agone lethali in mortem decertavit stupentibus quotquot ad ægram invisebant; & ipsa Patrem sæpiùs advocarat qui excussis diligenter conscientiæ ipsius recessibus nihil grave nedum lethiferum deprehendit. scrutanti aliquando quid sibi vellet illud prodigium; dixere sodales duo, indubiè isthæc mulier baptizata non fuerit, id profectò erit causæ quamobrem tamdiu lucta teneat & egressum frustra tentet animus. E vestigio una cum ipsis ægram revisit, multa ab antiquissimis familiarium sciscitantur, ac tandem nunquam baptizatam sed tantùm Christianæ nomine à parentibus donatam comperiunt. sacris ergo undis ritè expiatur, magnoque animi sensu ad singula

Sacerdotis verba attendit ac respondet, quorum pronuntiandi ubi finem fecit, fecit & ipsa vivendi vitam cœptura immortalem.

Caciquii infælix exitus prænuntiatur, idemque jam mortui confirmatur.

IN annalibus 1624. & 25. Caciquii cujusdã è Lauretana reductione meminimus. Hunc jacentem ignotus excitavit quispiam atque oculos aperienti dixit: inspice quid juxta te rerum agatur. Conversus puteum altissimum videt horrendos flammarum globos evomentem. in imo mortalis ferreo candentique lecto incumbens miserandos ejulatus edebat. Tum alter, nosti'n, ait, hominem istum? at neganti subjecit, attentiùs considera, illum enim nosti. Paret ille & Caciquium quendam qui adhuc in vivis erat agnovit obstupuitque. Tum iterum qui excitarat, diligentiùs cuncta circumspice, lectus ferreus quem cernis miserum istum & cęteros manet qui ea quæ non ignoras scelera corrigere negligunt Deumque non verentur; atque his dictis evanuit. Visu adeò perterritus est spectator ut ex horrore morbum contraxerit. Rem ubi posterâ luce rescivit Pater ex narrantis ore eam quo visa fuerat ordine tacito

tacito Caciquii nomine exponi voluit in publico confessu, sicque perculit audientium animos narratio ut multi instituta de tota vita exomologesi prospiciendum sibi judicarint. sub id tempus quo harum reductionum convenæ mutarunt sedes, Caciquius qui in flammis visus fuerat, domui suæ faces subjecerat abiturus cum cæteris. relictæ in ea arculæ memor in ardentem casam regreditur, sed egressum occupantibus flammis citiùs suffocatus est quàm ut vivus eripi potuerit. Luctuosam hominis mortem ægerrimè tulerunt Patres, veriti scilicet ne infœlicem corporis casum, infœlicior animi fortuna excepisset; quippe qui ab infami plurium pellicum consuetudine abstrahi nunquam potuisset: adeò ut diu ante decrevisset Pater illum præ templi foribus in loco profano condere si fortè ita è vita discessisset, tanto erat passim offendiculo. Nondum hîc tragœdiæ finis. Adolescens optimus rei totius ignarus eâdem nocte excitari se sensit, excussoque somno adstantem è Societate quempiā aspexit, qui illum compellans; attentum, inquit, te esse jubeo: mox horrendum adhibebo spectaculum. Et ecce horribili specie cacodæmonem, qui violenter hominem efferebat, luce clarius intuetur. Tum qui adstabat, nosti'n tu infœlicem illum? novi, respondet, oppidā

pidi nostri Caciquius est. Igitur, subjicit alter, surge ocyùs & aliis visa expone. Tremebundus totus ac exanimis continuò ad socios se confert, vocem præcluserat pavor; sed eo sensim abscedente, visionem Patribus primùm, deinde etiam cæteris & palàm exposuit. Hinc perterriti ad salutem quamplurimi vitam in melius commutarunt.

Experitur sodalis quàm acres sint lustralis carceris flammæ.

VItæ innocentiâ alioqui spectabilis sæpiùs de levioribus noxis admonitus intentato etiam purgantis ignis terrore, correctionẽ neglexerat. Nocte quâda nonnullos ad se venientes vidit cãdidâ veste præfulgidos ibat medius è sociis aliquis. Tum ad juvenem; venimus, inquiũt, ut te propriâ doceamus experiẽtiâ quàm graves sint lustrales flammæ, quas tu demens flocci pendis. Dixerant; & correptum è strato in ardentem rogum conjiciunt quinto, ut aiebant, post die eripiendum. flammas vix senserat cùm ex gravissimis doloribus queri & expostulare cœpit quòd jam annos plures in tormentis jacuisset. Tum illi; falleris, aiunt, & vehementer quidem, nondum enim medii quadran-

quadranculi pars tertia effluxit.disce nunc tuo malo expiatorios ignes contemnere. Totus ipse sudore diffluens & æstuans remansit ad usque lucem, & post insigni noxarum correctione luculenter ostendit quantò experientia verbis antecellat.

Isabellæ pientissimæ fœminæ vita, atque ad vitam reditus.

IN Brasiliæ finibus à prima ætate vixerat. At auditâ Christianorum Guayrensium vivẽdi ratione virtutis incensa desiderio extorsit à conjuge ut relictâ patriâ in Guayram se conferrent ubi Corporis Dominici participes esse possent. (Neque enim à pastoribus suis,quippe de grege parùm sollicitis, Eucharistiæ sumendæ facta adhuc mentio) Arduum erat iter ac longissimum : per montes rupesque asperas duodus onusta liberis, nuda pedes gradiebatur generosa mulier. Cùmque aliquando labore victa progredi ultrà non posset, in genua se abjicit & sanctissimam Dei matrem prece compellans uti sibi vires sufficiat & incolumem in reductionem suam perducat cum lachrymis obtestatur, ubi nimirum vitam Christianè transigens ipsi filioque famulari possit.

preca-

precari desierat, & adeò se vegetam sensit, ut plurium mensium iter alacriter peregerit. Quo tempore appulere, reductionem Lauretanam curabat Franciscus Diaz, qui cognito hospitum consilio eos in nobilis Caciquii domo collocavit. Non distulit mulier quin manum operi cujus gratiâ venerat admoveret. Assidua in templo, tota in oratione & familiaritate cum superis vel certè domesticis ministeriis occupabatur. Planiùs edocta de fidei mysteriis ad sacram Synaxin admissa est, eamque deinceps adiit præcipuis quibusque festivitatibus æquali semper aut majore animi præparatione sensuque amoris planè singulari. Nihil illi antiquius quàm fovere pacem cum omnibus, continenter cum Deo colloqui, liberosque ad virtutem fingere. Imminente hoste sic filios affata est, diu antè maritus decesserat: filioli nunc nobis cum Patribus abeundum, licèt fame pereundum fuerit. Illis acceptam animorum salutem debemus, vita corporis exigui est aut nullius momenti si cum fœlicitate æterna conferatur. Magnam ex primogeniti sui fuga tristitiam hausit, non quò filii absentiam ægrè ferret, sed quia de illius salute sollicita. Quare assiduis apud Deum precibus ut sibi filius antè obitum redderetur contendit, demumque obtinuit. In ægritudinem ex qua decessit prolap-

ſa gaudio incredili exultabat, quòd Eccleſiæ præſidiis ritè comunita & in Virginis quàm tenerrimè ſemper amaverat ſodalitium admiſſa moreretur. Tres è parthenico cœtu de more remanſerant ad defunctæ corpus fundẽdis nocte totâ precibus. ſub noctis medium moveri cadaver advertunt:accedentibus ut prodigium propiùs explorent, ne timueritis, ait Iſabella, veſtro etenim oppidique totius commodo ad corpus rediviva revertor jubente Deo. Eſtne apud vos Pater? cùm negarent eſſe; doleo, inquit, & vehementer doleo, multa illi narranda habeo. Tum accepto ab uno è ſodalibus roſario pendulam ex eo crucem ſuaviſſimè oſculatur pectorique ſubinde apprimit & adorat reverenter. Vulgatur continuò rediiſſe ad vivos Iſabellam,atque ut erat à vitæ probitate nota magnus fit ſodalium pręſertim concurſus.ad quos ipſa; veſtri gratiâ,ô parthenici ſodales, à Dei parente & matre omnium noſtrûm optimâ ad corpus redire juſſa ſum. Veriſſimè exceſſi è vita,in cujus rei fidẽ quinque tantùm diebus me ſupereſſe me voluit, ut nuntios ab ipſa lætiſſimos meo ex ore audiatis. Gratiſſimum eſt cęli terræque Reginæ parthenicæ congregationis inſtitutũ,gratiſſimi quotquot in ejus clientelam admittuntur. Vos itaque etiam atque etiam rogo atque obteſtor
ſeriò

seriò caveatis ne quid magnæ Matris clientibus indignum admittatis, omnium studium sit tanti se dignos & memores beneficii reddere. Diligite invicem ut fratres decet: quidquid à Patribus docetur suadeturve explere ad amussim enitimini. Simul ac è corpore hoc animus excessit, ad inferorum specum horribilem deducta sum ubi multos olim mihi notos solo nomine Christianos agnovi. Heu me! quantis suppliciis inter flammarum vortices torquentur! Ibi si qua lux, ea horrendarum formarum objectu cruciatus auget: emergendi spes nulla; æternùm, æternùm tetro hoc & miserabili carcere concludentur. Ad cælum inde delatæ Dei matris ac nostræ & beatorum aspectu colloquioque suavissimo potiri concessum. quàm læta sunt isthic omnia! quanta Reginæ cæli pulchritudo! quàm lucida beatorum agmina! solis ad illos radii & quidquid oculis mortalibus arridet, sordes & cœnũ Multi è sodalibus olim mihi familiares processere obviã, sole ipso lucidiores omnes & paradysi deliciis pleni. Illi sodales suos ac fratres per me salvere, atque ad constantiam in Deiparæ famulatu excitari voluere. Quod ut faceret, domum convocatos è cœtu Mariano omnes eloquentiâ plusquàm humanâ ad amandam colẽdamque virtutem cohortata est. Hujus pulchritudinem

vitio-

vitiorum fœditatem elegantiſsimè depinxit; de cruciatuum æternorum gravitate, Iudicis ſupremi ſeveritate, deque cæleſti beatitudine ſic diſſeruit, ut brevi quo ſuperfuit ſpatio plus ad percellendos animos potuerit quàm omnes retro concionatores. Filium verò non ita pridem reducem paulò antè obitum graviter juxta ac peramanter admonuit ut iis ſe probaret moribus qui Dei filium addecent, neve à Patrum conſuetudine divelli ſe pateretur unquam. Quantum valuerit matris optimæ monitio oſtendit eventus: quippe ex illo in omnium virtutum ſtudio adeò ſe impigrum præbet, ut religioſiſsimo cuique exemplo eſſe poſsit. Hunc in modum exacto definitæ ſibi à Deo vitæ ſecundæ ſpatio, quinto quod prædixerat die & ſecundùm placidiſsimè mortua.

Venit ad Iſabellam inter cæteros fœmina vulgi opinione non mala, cum qua ut ageret illa adduci nunquam potuit. Cur poſt paulò patuit, cùm propriâ hujus confeſsione cognitum occultis ſceleribus implicitam vixiſſe hactenus.

Defunctæ corpus egregio in tumulo condi placuit, in quo poſt aliquot menſes dum alteri juxta ſepulchrum effoditur, prorſus illæſum ſi pectus excipias repertum. Candidum erat ac nitens cadaver, modò humatum crederes. nul-

lus gravis odor ſed potiùs ſuavis. Quod ubi inſpexit Pater decentiori loco deponendum curavit. Roſarium quod ſimul conditum ægrè è manibus revulſum reliquiarum loco ſervavit è ſociis quiſpiam, cùmque deſæviens contagio puerorum vix ulli parceret auferretque prope innumeros; venit ad Patrem ſodalis morienti filiolo remedium quæſiturus. Datum Iſabellæ roſarium tacito cujuſnam foret nomine. Mirum dictu, ad primum illius contactum revaluit puer, morbus omnis momento abſceſſit. Quæ res conceptam de mulieris ſanctitate opinionem vehementer auxit.

Altera quoque ad vitam redit, viſaque cæli gaudia & inferni cruciatus narrat.

FVit Iſabella ætate gravis, hæc annorum non plus viginti, à vitæ item probitate & ſanctimonia omnibus nota; quippe quæ acceptam in baptiſmate animi puritatem graviori nunquam delicto fœdarat, uti ex eorum teſtimonio conſtat qui generaliter confitentem ſæpiùs audierunt. Marito peſte ſublato eodem & ipſa contagio afflata, cœpit videndi Dei deſiderio æſtuare, crevitque æſtus ad extremum

uſque

uſque ſpiritum. Iam jam moritura Patri hæc paucula dixit magnâ animi ſignificatione: ineffabili gaudio delibuta morior; nihil omninò mentem exagitat; oro te atque obteſtor ut pro animi mei ſolatio ſemel ad aram facias corpuſque in templo condi jubeas. Ego ſanè dum Deo fruar beneficii non ero immemor. Id ubi dixit expirat. Lugebant circum defunctæ funus domeſtici aliique ſodales non pauci, cùm ſubitò rediit animus ſive verè à corpore abſceſſerit, ſive in deliquio peregrinatus. Vocatus ad prodigium Pater cæleſtibus affluentem deliciis & ligneum Crucis ſimulachrum diſſuaviãtem reperit. Vbi ad illum advertit; ſcito, inquit, mi Pater, me nocte hac certò mortuam fuiſſe. ſtatim atque egreſſus è corpore animus dæmonum fœdiſſimorum turbam aſpexi, qui me ferreis uncis abripere conati. ſed qui latus cingebat inſignis ſpecie Angelus monſtra in fugam avertit flammanti quem intentabat gladio. Hinc ad contemplanda damnatorum ſupplicia proceſſum. Lamentabili ejulatu perſonabant omnia, inter horribiles flammarum globos infœlices animæ raptabantur à dæmonibus & miſerè cruciabantur. ſenes utriuſque ſexus flammas inter agnovi, qui licèt Chriſto dediſſent nomen nunquam firmiter in fidei Chriſtianæ myſteria conſenſerant. E parthe-

nico cœtu prorſus vidi neminem. Inde eodem comite ad beatorum ſedes tranſcenſum. Verba me deficiunt quibus illorum gloriam exponam. creata cuncta præ illis quiſquiliæ & merum nihil. Excelſo Chriſtus ſpectabilis ſolio reſidebat, ſolium circum ſtabant proceres innumeri ſole gratiùs micantes. Quâ micabant luce, ea non abſimilis lucidiſſimo igni qui recrearet oculos non læderet. Infra Chriſtum Chriſti Mater & ipſa in ſolio proceribus longè ſplendidior. Quid multa? tanta erat omnium lætitia, deliciæ tantæ ut explicari nullo modo poſſint. Identidem hæc repetebat: O mi Pater, quàm admiranda vidi! quidquid pulchrum, quidquid jucundum in hoc mundo delectare poteſt, deſipit imò & cruciat ſi eum iis quas deguſtavi deliciis componas. Non tot in oceani littoribus fluviiſque arenæ, non tot in ſylvis frondes quot in cælo beati & immortales. Patres in Guayra pro fide cæſos ſingulari gloria conſpicuos, & multos ex hiſce coloniis Chriſtianos agnovi. Obvia Iſabella monuit notarem attentiùs omnia vobis poſt referenda, futùrum ſiquidem ut corpori pauliſper redderer eodem iterum die moritura. Vtinam! ô utinam Chriſtianis omnibus terras linquere detur, ut unà mecum hodie ad ea quæ delibavi gaudia concedant.

Tum

Tum iterùm ad Patrem : nullum te, mi Pater, unquam capiat laboris tædium. Opportunè importunè argue, obsecra, increpa. O si omnes salventur ! ô si peccatis abstineant ! ô si Deum perfectè diligant ! post datas familiaribus amicisque aptas monitiones, sodales cohortata est cùm ad virilem in virtutum studio constantiam, tum ut se genuinos Virginis filios probarent. Attoniti hærebant auditores dum tantâ eloquentiæ vi tantoque fervore dissereret quàm paulò antè mortuam luxerant. Matrem subinde sorori commēdavit cum lachrymis edixitque sæpiùs ut illi fidei mysteria diligenter & operosè inculcaret. Hei mihi ! exclamabat, quanta me tenet vetularum commiseratio quas medios inter ignes volutari conspexi. Videsis soror carissima ne tuâ negligentiâ in idem æternæ mortis exitium ruat mater nostra à qua vitam accepimus. Post extractas hujusmodi sermonibus decem quot supervixit horas, Christi è trabe pendentis effigiem amplexu stringere & suavissimis verbis compellare cœpit dum animum in ejus manus resignavit. Ex nitore corporis pulchritudinem animi æstimare licuit. multò quàm antè gratius oculis multò venustius apparuit adeò ut intuentes ad virtutis amorem incitaret. Auxere non mediocriter hæc prodigia pietatem in Deiparam.

Cartulæ patroni menstrui nomine inscriptæ ab igne nihil læduntur.

INter alia pietatis exercitia quibus fervorem fovent sodales, quot mensibus patronum è divis quempiam cartulæ inscriptum peculiari cultu observant & è virtutibus ejus aliquam imitari contendunt. Nos ejusmodi cartas suffragia dicimus. Vnus aliquis faber ferrarius anni totius schedulas thecâ ex corio inclusas è collo gestabat religionis ergô. Fuit cùm in officina operi intentus detractam collo thecam ad clavum appendit fornaci imminentem. Nescio quo demum casu factum ut in ignē delapsa sit advertente nemine, donec assurgēte fumo crassiori suspicati quod erat prunas unco scrutantur. Mirum dictu arsisse penitus thecam cum funiculis deprehendunt; schedulæ undecim & agnus Dei seu ceræ sacræ frustulum illæsa prorsus medias inter flammas apparent. Rem illicò ad Patrem deferunt, qui cartas nil nisi fumi odorem passas inspexit & religiosè veneratus est.

E cor-

E corpore adolescentis dæmon verberibus fugatur.

FOelices Christianorum in virtute progressus variis spectris & terriculamentis impedire conatus est invidiæ parẽs. At illi sociorum consiliis hujus artes eludere docti illustriores palmas retulere quo acriùs impetebantur. Ægro jam mensem integrum adolescenti spectādum se obtulit cacodæmon utroque parente domesticisq; adstantibus. Horribilis erat monstri species. ater aspectus, micantes oculi, dorsuaria corbis ossibus humanis plena pendebat ex humeris. exhorruit adolescens; mox tamen resumpto spiritu quis sit & unde audacter interrogat. Sum ille ipse, respondit dæmon quem Patres nuper cremandum curarunt in Nuatingui. In ea provincia nominatissimus præstigiator vixerat. demortui ossa pro numine colebant indigenæ, oracula fundebat cacodæmon è cadavere quod Patrum jussu flammis datum. subjecit ad dæmonis responsum adolescens: quid igitur tibi vis quando jam in cineres redactus es? ego tuam ambio amicitiam, subdit veterator, atque uti me redames vehementer exopto. ad quæ æger inclamato Iesv

nomine: facesse, ait, miserorum infœlicissime, facesse, nihil mihi tecum, facesse. frustra reclamavit, at accessit magis ac magis cacodæmon illum se deperire iterans & tandem in reluctantis corpus ingressus est. Tum clarâ ad circumstantes voce; ego, ego sum Deus vester, aiebat, ego vobis omnia ad vitam necessaria suppedito, ego vos omnes amo vehementer, vos igitur me ut Deum vestrum redamate & veneramini. Ad hæc juvenis: mentiris veterator, mentiris, egredere de corpore meo, egredere, tuus ego non sum nec esse cupio, egredere. Hærebant cuncti attonitis similes, at multo maximè cùm diversos vocum sonos & distinctum loquendi modum advertêre. voces aliæ in imo stomachi, aliæ in ore edebantur. Vrsit ęger cum lachrymis ut Patrē accerserent, sed quod tunc acri ex febre decumberet denegatum. Itaq; cùm insolescere pergeret hospes importunus, parētes obsecrat & obtestatur uti se flagris contundant vel sic dęmonem exacturi qui se deprimi non patitur. Recusatum ab omnibus, donec tandem mater filii precibus victa virgas expedit, cædit, lacerat clamantem inter verbera ut nervos intendat. Non tulit superbus muliebrem contumeliam; brevi frendens ac ejulans ægrum exanimem reliquit. Vbi rem inaudiit Pater venit proreptans & bo-

no

no animo eſſe juſſo expiandam confeſſione mentem ſuadet. Et ecce poſt remiſſa peccata continuò valetudini priſtinæ reſtituitur adoleſcens.

Narratio vitæ & mortis P. Petri de Eſpinoſa.

EA pro coronide hiſtoriæ hujus eſto. Natus eſt Petrus in ea Bœticæ urbe quæ Baëça dicitur. Parentes habuit vitæ integritate illuſtres. his liberi quinque; quorum maſculi quatuor Deo ſe in Societate ſacrarunt; quinta quo potuit modo fratres imitata cœlibatum coluit non ſine ſanctitatis famâ, ac illibatum pudicitiæ florem ad ſuperos tulit. Bouilla Poëta laureatus nobilem hunc fratrum quaternionem Apoſtolicos ſanè viros egregio ac eleganti verſu celebravit.

Petrus quo de agimus in aſſidua noſtrorum familiaritate lac virtutum ſuxit, lubentiùs & frequentiùs cum ſociis quàm cum parentibus agere ſolitus inde uſque â prima ætate. Hinc teneræ menti magna confeſſionis & Euchariſtiæ atque adeò omnium virtutum aviditas. Quòd illis octiduo quondam abſtinuiſſet velut de magno ingratitudinis crimine ſeſe cum

lachry-

lachrimis accusavit. semper in eo fuit ardens Indias petendi desiderium, crevitque illud dum Cordubæ in Hispania litteris operam dedit. his flammis oleum fuit fratris vaticinium, qui moderatorum jussu in Peruviam profectus litteris Carthagena Americæ datis parentes admonuit impensè sedulam Petri tum adolescentis curam gererent quippe illum à Deo Indorum saluti & post martyrio destinatum. Vaticinii adimplendi spem vehementer auxit alterum prodigium. Iam Societatis scholasticus dum in æde sacra Collegii Cordubensis Deo ferventiùs supplicat, in terram prosterni à Barbaris, raptari & verberibus contundi sibi visus est: & verò mox humi jacentem, fractum ac velut fustibus contusum se esse advertit, quasi si re verâ passus quæ per speciem objecta fuerant: ipse priusquàm ex Europa solveret è sociis cuipiam rem totam exposuit. sub annum 1617. quo Hispalim appulit Franciscus Vasquez Truxillo Paraquariæ procurator ei spes voti affulsit. consilia cum fratre suo P. Augustino communicat. Hic nihil addubitans de consiliorum authore Deo ipsemet scriptis ad R.P.N. litteris fratri profectionem in Indias obtinuit. Consensere lubenter parentes in filii carissimi jacturam quem scirent fœliciter perdi dum vocanti Deo obsequitur.

Ergo

Ergo ſacris ordinibus initiatus Hiſpali continuò ſolvit Paraquariam verſus ubi & Theologiæ reliquum excepit & tertio anno probatus eſt editis utrobique magnæ virtutis argumentis. Inde in florentiſſimas eâ tempeſtate Guayræ reductiones amiſſus exiguo tempore gentis idiomate cognito Apoſtolicum fervoré brevi prodere cœpit. Singulari prorſus gratiâ valuit ad ſicurandos Barbaros, dedocendam immanitatem, & ſuaviter alliciendos ad fidem. Neque minori arte ad conſtruenda templa. In Nuatingui Tayoba & Caaro tria præſtantiſſima non deſcripſit tantùm, verùm etjam ad faſtigium perduxit. Erectum quartum in Lauretana colonia cum ſacrario perquàm commodo & eleganti, omnia Petri labore & induſtriâ. E Nuatingui Tayobam petiit moderatorum juſſu, quam provinciam eò lubentiùs adiit quò ob gentis feritatem laboris erat feracior. Atque ita ſe geſſit ut illum amarent Barbari juxta ac venerarentur raro apud illas gentes exemplo. Hîc collectis brevi familiis ad bis mille reductio ſtabilita; laboris pars maxima in extirpando anthropophagię immani vitio inter incolas inveterato & familiari. Evicit difficultates omnes Petri conſtantia gratiæ cęleſtis adminiculo, quam humicubationibus, jejuniis pœnè quotidianis, flagellationibus, aliiſque

liisque corporis afflictationibus sibi suisque impetrare satagit. cibus ei pultes ex milii aquâ cocti farina, nullo ne quidem salis condimento. Quòd si subcinericii panis frustulum adderet tum indulsisse genio sibi videbatur. quotidiano hoc obsonio sic assuefactus est ut cibos delicatiores nec optaret nec gustaret. Quòd si fortè pueri familiaris imperitiâ insulsum prorsus ac insipidũ pararetur sic ut ipsemet coquus vel ab odore abhorreret, edebat Petrus nihil hæsitans ne verbulo quidem conquestus unquam, vir verè sui in omnibus & gulæ potens. Ex eodem abnegationis fonte fluxit paupertatis amor, quam ex Regulæ præscripto coluit ut matrem. Quamdiu in Paraquaria vixit vestibus usus est arte propriâ concinnatis vilibus ac detritis, mundis tamen ac decẽtibus. Otium vitavit ut virtutis pestem; in ipsis quæ frequentes fuere navigationibus vel assiduis precibus vel indumentis suis aut alienis interpolandis magnâ cum animi (quippe humilia ambientis) lætitia semper intentus. Pari aut etiam majori studio virginitatis decus conservatum. Priusquàm iter postremum ingrederetur factâ de totius vitæ noxis confessione clarè ostendit ad quem puritatis Angelicæ gradum pertigisset. Argumento sint ea quæ noxas excipienti aperuit. Ad decumbentis adhuc pueri lectulum

mater

mater in genua provoluta sic Petrum affata est manantibus per ora lachrymis: utinam, fili mi, ô utinam priùs te in tumulo jacentem quàm mortifero scelere inquinatum conspiciam! cavesis, fili mi, ne unquam in turpitudinem prolabare. magis quàm pestem vel ipsam fœditatis umbram fugito. fili mi carissime maximum matri tuæ solatium dederis, si fidem obstrinxeris nunquam te in hujuscemodi scelus consensurum. Quæ oratio ab optima parente tanto cum animi sensu, cum tot lachrymis prolata teneram Petri mentem adeò perculit ut & continuò fidem dederit, & datam servarit fideliter. Hinc acres ac perpetuæ inimicitiæ in carnem pudicitiæ hostem; quam non fatigabat modò laboribus assiduis verùm etiam domabat jejuniis flagrisque quotidianis subigebat. quod postremum quò majori profectu usurparet, obtinuit aliquando à moderatoribus ut ab coadjutorum aliquo cæderetur.

Obedientia, quæ præcipuum Societatis decus, in eo singularis enituit. verbis ad imperandum nihil opus, nutus moderatorum ipsasque nutuum significationes observare solito. Non solis æstus, non pluviæ tempestates, non torrentium aut fluviorum pericula deterrebant diu noctuque succinctum lumbos ad capessenda ardua quæcumque. Parebat mode-

rato-

ratoribus ut jubenti Christo nullo ne levissimo quidem repugnantis animi indicio. Quòd si occurrentium contra rationum momenta reponendum aliquid suaderent; id tantâ cum animi ad utrumvis parati significatione tantáque demissione præstabat, ut planum fieret Petrum nec se nec sua sed Dei gloriā quęrere. Missus in Caarum ad construēdam ædem sacrā suam item domum sociis erexit, descripsitque oppidi plateas omnes nec non suburbanas villas conspicuo & insigni ordine: cùmque aliò avocatus, absque mora abrupit opus quod alioquin perfecturus facilè fuerat altero post mandatum die. Haud dispar in Barbaros caritas quæ visa aliquibus immoderata, nec cessare Petrum unquam nec defatigari patiebatur. Hæc illum ubiq; ægris & miseris quasi servum addixit, ad efferatas gentes instituendas impulit vel cum aperto capitis discrimine, hæc corpusculum imbecille ac delicatum contra adversa omnia obfirmavit.

Studium orationis quæ caput ac fons est aliarum virtutum eximium extitit. Præcipuum tamen erga venerabile Sacramentum & sanctissimam Dei Matrem: argumento sunt ædes sacræ complures in hujus & illius honorem labore ingenti parique ardore constructę.

Dum ageret in Hispania & variæ de Virgi-

nis immaculata conceptione quæſtiones agitarentur, ipſe de ea ad mortem uſque tuenda mordicùs voto ſe obſtrinxit, & octavarium feſtivitati debito cultu celebrandæ conſcripſit in quo poſt recenſita Deiparæ beneficia, eximia encòmia, amoris & venerationis ſymbola notantur.

Adfuit tandem laborum meta & triumphi dies athletæ fortiſſimo parati. Ob frequentes ſedium mutationes veſtimentorum inopiâ laborabãt harum reductionum convenæ. Remedium quærens Antonius Ruyz Superior mittendum in S. Fidei urbem cenſuit ut abductis inde pecorum gregibus in lanificium incumberent. Ambivit difficilem provinciam Petrus operamque ſuam obtulit. Dubitatum initio num vir tantus ad paſtoricium munus abjiciendus: ſed cùm ejus opera utilis ac neceſſaria cenſeretur voti fit compos. Dati comites Indigenæ & peritus viarum ductor Hiſpanus. Immenſi fuere itineris longiſſimi ac difficillimi labores; at inedia & pericula omnia Petri deliciæ. Exundabant latè alveis egreſſa paſſim flumina, at aquæ multæ non poterant extinguere caritatem, diſcrimina mortis morſque ipſa pro lucro erant. Cùm in reditu fluvius inſolenter tumidus vado negaret tranſitum, impoſita ſcaphis pecora fuere transferenda. Iam pars media


octin-

octingentæ circiter oves magno molimine in alterum littus expositæ, cùm comites ignem extruere quieturi tantisper à labore & vestes siccaturi. Insurgentē fumum conspicati Guayquirēses accolæ Ethnici exploratores mittunt.

Agniti inter Patris comites Hispani aliquot, fuere infortunii causa. Illac transierant pridie institores Hispani, qui interceptos è Guayquirensibus nonnullos verbis ac verberibus malè mulctarant. Institêre hi apud suos ne præclaram ultionis opportunitatem elabi permitterent. Ergo nocte intempestâ nostros improvisò adorti Indos quinque Petro accubantes contrucidant. Excitatus Pater quid sibi velint interrogat. At Barbari continuò in eum manus injiciunt, fustibus contundunt, vestes detrahunt, atque ubi sacra IESV & MARIAE nomina ingeminantem audiere; frustra, inquiunt, auxilium imploras, non est IESVS & MARIA qui tibi opituletur. his dictis ferociùs quàm ante invadunt, & clavâ immani iterum atque iterum percussum crudeliter mactant. solum brachiũ ab humero revulsum repertum adhuc compositis in crucem digitis duobus: suspicio est projectum corpus in latebras occultando sceleri, cùm modò dictitent Barbari peremptum ab insciis Patrem, neque se alios præter Hispanos quæsiisse ad necem.

Ad tanti viri jacturam indoluere vehementer tam Hiſpani quàm Indi, de quibus ſemper fuerat optimè meritus. dignus profectò vitâ longiore; ſed aderat decretus ab ævo triumphi dies, in quo ſanguine ſuo purpuratus, caritatis & obedientiæ laureâ inſignis ad ſuperos veheretur. Eodem quo trucidatus eſt tempore dormienti cuipiam è ſociis apud Itatinos ducentis inde leucis immortali gloriâ conſpicuus apparuit, eumque ſic affatus eſt: Deus tecum, frater mi Iuliane, ego jam ad cælum propero. ſequenti luce narrata res compluribus, & collata poſt tempora viſioni fidem fecere.

FINIS ANNALIVM.



Congregatio Provincialis habita Cordubæ Tucumaniæ 20. Julii 1637.

LVstratis Paranéſibus coloniis compoſitiſque rebus quæ ad Vruay & montanas reductiones ſpectabant ad S. Fidei reditum ſecundo flumine ut Antonium Ruyz abſolverem in Europam primo quoque tempore ſoluturum. Hinc Cordubam ad cogendos de more Patres, quorum calculis provinciæ Procurator exiit Franciſcus Diaz Tañio perantiquus & gnaviſſimus hujus vineæ cultor. Maturare profectionem juſſus eſt aſſecuturus Antonium, ut junctis pariter conatibus à Pontifice & Rege afflictis rebus remedium expoſcerent.

Quo tempore coacti Patres, Tucumaniæ Epiſcopus Cordubæ agebat. Is litteras ad me dedit, quas proferre non abs re fuerit utpote penuriæ operarum in hac provincia teſtes.

Litte-

Litteræ Episcopi Tucumaniæ ad Provincialem Societatis.

FRater Melchior ex Ordine S. Auguſtini Dei & Apoſtolicæ ſedis gratiâ Tucumaniæ Epiſcopus Regi Catholico à conſiliis, Patri Diego de Beroa Societatis IESV in Tucumania, Paraquaria, & regionibus Boni-aëris Præpoſito Provinciali ſalutem.

Quod toties unà mœrentes perpendimus neſcire non poteſt Paternitas tua, quanta nimirum ſit in hiſce provinciis eorum paucitas qui gregem curæ meæ commiſſum ad paſcua educant ac divini ſermonis pabulo reficiant. Neque Ethnicos tantùm hæc calamitas premit, quin & illos qui ſuſcepto baptiſmate Chriſtum profitentur. Erumpunt ex oculis lachrymæ dum tot numero reductiones, tredecim eoque amplius incolarũ millibus frequentes omni paſtoris auxilio deſtitutas video. Quodq; lugendũ magis, nullus, proh dolor! in tota diœceſi mea ad ejuſmodi munus idoneus. Ac quàmvis eſſent aliquis unico plures oppido curando non ſufficiant, adeò disjunctis incolarum domiciliis. Alias quas amoliri nequimus fidei remoras Pontifici Regique decla-

ravi pluribus. Dolore interea contabesco dum tantam animorum Christi IESV sanguine redemptorum stragem perpendo qui curæ meæ concrediti sunt, etiam cum damnationis æternæ interminatione. Oneri tanto impar ad Paternitatem tuam confugio, eamque per IESV Christi sanguinem, per Regiæ Majestatis nomen, per quidquid sanctum piumque etiam atque etiam obtestor ut æquissimæ petitioni meæ indulgeat. Facit quam de Societate vestra concepi, opinio ut tantis malis ab illa unica remedium sperem. Nota sunt quæ novit universus orbis, quæ & quanta gesserint sancti istius instituti sectatores, Societatis, inquam, IESV subditi in hac Domini vinea tum meo tum decessorum regno. Quis nesciat quanto fervore dies noctesque in omnem rei bene gerendæ occasionem intenti vitam periculis omnibus objiciant, quantusque ex eorum indefesso labore fructus ad Dei gloriam & animorum utilitatem succrescat. Et quoniam præcipui Societatis & tui subditi huc convenere mox effundendi in totam diœcesim meam, impensè rogo quæsoque ut omnes acriter incites ad terminos regni IESV Christi longè latèque proferendos. Nos verò ad quælibet pastorum munia idoneos censemus & approbamus eos omnes quos tua Paternitas voluerit, sicque

onus

onus noſtrum in illius humeros rejicimus. Hactenùs Epiſcopus.

Æquiſſimæ Prę́ſulis optimi petitioni quantum licuit per operarum paucitatem indultum. Socii omnes Cordubenſes à quadrageſimæ feriis in pagos viciniores excurrere juſſi: quatuor in Apoſtolico munere diu exercitati, iique linguæ communis, quam Indi generalem vocant, periti ad percurrendam diœceſim deſignati. Patres Oſorius & Petrus de Toledo miſſi ad Saltenſes, Xuxuyos, Ocloyas & Chacos. Iacobus de Barrios & Ignatius de Medina in valles de Rioxa & Landres. Primis ſpes ingens opimæ meſſis. diu enim eſt cùm à populis illis in humanitatem propenſis divinę legis doctores expetuntur. ſecundis haud paulo difficilior obtigit provinciâ non ab Indigenarum ingenio, ſed ab hoſtium frequenter incurſantium metu. Rectoribus præterea S. Iacobi & S. Michaëlis de Salta datum in mandatis ut quotquot idonei ſunt in excolendos agreſtes incũberent. Hæc imprę́ſentiarum: neque enim avocari poterant qui Paraquarienſes, Itatinos, Paranenſes & Tapios curabant abſque reductionum periculo.

Longè plures optaſſet Epiſcopus, niſi ſociorum in ipſis collegiis paucitatem noſſet; vix etenim Hiſpanis, Æthiopibus & Indis

dis urbium incolis excolendis sufficiunt. Gratissima tamen illi accidit hæc mea ejus votis obsequendi propensio. Testes sunt litteræ ab eo ad Regem datæ, quibus post expositam hujus orbis spiritalem indigentiam sociorum labores mirificè deprædicat. Litterarum hoc argumentum.

Litteræ Episcopi Tucumaniæ ad Regem.

TVa Majestas ad decessores meos litteras dedit, quibus se jubebat certiorem reddi de Religiosorum in Tucumaniæ Episcopatu penuria, ut nimirum eorum laboribus & tuæ munificentiæ ope vastissimum hoc regnum tuum IESV Christo subjiceretur Ego mandato huic sanctoque zelo obsequi studens, quæ lustratâ diœcesis parte maximâ & trium annorum experientiâ didici tibi judicavi exponenda. Hæc provincia ad quadringentas eoque amplius leucas protenditur. Habet civitates octo; Indorum oppida permulta. inter minora censentur quæ quatuordecim aut quindecim incolarum millia numerant. Hos inter baptizati innumeri jam à Christo, proh dolor! defecere doctorum fidei penuriâ qui illos ad inge-

ingenium redire faciles in officio contineant. Sunt coloniæ quinquaginta capitum millibus frequentes, quibus initio ab Societatis Iesv hominibus fidei jubar illatum : sed hi quorundam Hiſpanorum potenti avaritiâ armis expulſi ab incœpto deſtitere. Chaco regioni nomen ; coloni ingenio facili & honeſto veſtibus utuntur præter Indorum morem. Heu quanta animorum illic ſtrages nullo pereuntibus opitulante ! neque aliunde ſperari poteſt remedium quàm à zelo & munificentia Majeſtatis tuæ cujus imperio atque adeò patrocinio ſubditus hic orbis. In Europæorum oppidis vix ſinguli Sacerdotes. Neque plurium ſpes, cùm à multis annis unicus ſacris initiatus iſque ſenio & morbis quàm doctrinâ gravior. ſi qui verò in ſuburbanis Sacerdotes ad alios docendos inidonei ſunt cùm ferè ſui muneris partes ignorent. Regularium familiæ nullâ re magis quàm ſubditorum paucitate laborant. Qui è D. Franciſci diſciplina vix ac ne vix quidem ad domeſtica munia ſufficiunt. Vna Societas Iesv tuam, ô Rex, & meam conſcientiam exonerare ſatagit. Hi in urbibus ac oppidis diu noctuque excipiendis ægrorum peccatis, juvandis morientibus, Indis & ſervitiis erudiendis baptizandiſque impigrè & conſtanter inſudant eò majori labore quò paſtorum capaci-

tas & caritas minor. Petii nuper Majeſtatis tuę nomine ab Societatis Provinciali cultores quàm poſſet plurimos. Præſtitit quidquid potuit. Egregii quatuor amiſſi in Chacum ubi fidei lux viſa olim quaſi per tranſennam & vitiorum caliginem tantùm non extincta. Ex ejuſdem mandato reliquam diœceſin percurrunt Apoſtolici viri complures qui mores corrigant, rudiores inſtruant & impertiant Sacramentis. Aliorum difficilior provincia, quibus imperatum ut in pravos Mixtorum mores & inſolẽrem vivendi licentiam invehantur. Mixtos dicimus ex Europæo patre & Inda matre genitos, improbiſſimum hominum genus in quibus ne minima boni ſcintilla. Neque hæc ſola difficultatum origo: Mixtorum ſtudium Indos gregatim abducere Caſtellanis contra jus gentium & Majeſtatis tuæ juſſa pecudum more diſtrahendos: quod dum impedire nituntur Societatis homines in utrorumque odium & graviſſimas perſecutiones incurrunt. ſed generoſis mentibus levia ſunt omnia cùm divinæ gloriæ & animorum res agitur. Eadem in Paraquaria paſſi jam aliquoties, nihil de conſtantia remiſerunt. At multò gravior à Luſitanis Paulopolenſibus ob ſocias Tupiorum copias magis formidandis tempeſtas venit. Ab his in Paranam cum exercitu iterùm ingreſſis

redacta

redacta nuper in cineres oppida ; templa, imagines, altaria profanata, exusta ; jugulati infantes innumeri ; adultorum greges in captivitatem abducti, trucidatis in via debilioribus ; quæsiti ad necem innoxii Patres ; & desolata vastissima Majestatis tuæ provincia quæ sub Dei leges ingenti sociorum labore fœliciter concesserat. Nihil isthæc obstitere pericula, quò minùs Provincialis ipsosmet collegiorum Rectores jusserit in missiones excurrere relictis ad domorum custodiam quàm possent paucissimis. At quanto animorum commodo quis explicet ? O si major hujusmodi virorum Apostolicorum copia suppetat ! O si mihi liceat multis ab ipsa inde Europa evocandis sumptus facere, Deum Maximum testor fore ut rem omnem familiarem nihil addubitans oppignerem quò tot animis subveniam eorum labore & industriâ quando id solus præstare non possum. Quare te Rex optime pro tua erga Deum & homines Dei imagines caritate per viscera misericordiæ IESV Christi etiam atque etiam rogo ut animis innumeris filii Dei cruore emptis largitate & potestate quam à Deo illorum conditore accepisti subvenias. Et subvenies porrò, si ut minimùm quadraginta è Societatis disciplina in hunc Episcopatum mittas eosque contra impiissimorum homi-

hominum insolentem avaritiam tuearis. Cæterùm rem totam tuo erga divinum cultum & subditorum salutem studio committo & onus meum cui implendo non sum in te transfero, quippe idcircò ad tanti culmen imperii divinâ voluntate evectum ut potestate concreditâ subditos ad salutem adipiscẽdam promoveas. Deus Opt. Maximus Catholicam Majestatem tuam ad sanctæ fidei incrementum & conservationem quàm diutissimè servet & regna regnis adjiciat. *Cordubæ Tucumaniæ 11. Augusti 1637.*

Eodem argumento Episcopi cæteri & provinciarum præfecti scripsere. incitamentum addit Tucumaniæ Gubernator: nimirum nisi sociorum curâ, labore & industriâ Chalcaquiæ vallis rebelles contineantur, verendum magnopere ne non tantùm Paraquaria, Tucumania, & finitima regna, verùm etiam ipsa Peruvia Regi olim pereat ob præpotentem & arctam illarum gentium societatem quæ armis frustra tentetur.

Quid igitur superest admodùm Reverende Pater, nisi ut te per Christi sanguinem obtestemur ut pro tuo erga Dei honorem zelo & reverentia tantæ penuriæ & extremæ (ut sic dicam) necessitati subvenias. ut plurimi mittantur messores colligendæ messi quæ jam falcem expectat non sufficient.

Roga-

Rogamus item omnes ut nos filios tuos minimos ſemper in oculis feras, vireſque à Domino vineæ impetres ad pondus diei & æſtus conſtanter portandum. Deus te nobis & Societati univerſę diu conſervet incolumem. *Cordubæ Tucumaniæ* 13. *Auguſti* 1637.

DIEGO DE BEROA.

FINIS.


Ad majorem Dei gloriam.



ERRATA.

PAginâ 30. vigorem *lege* rigorem. pag. 41. commoueat *lege* commoneat. p. 47. Inde *lege* Indæ. p. 62. poterat *lege* non poterat. p. 72. vel judicio *adde* hostium. p. 113. famulæ *lege* familiæ. p. 150. ea re *lege* ea res. p. 153. temperie *lege* intemperie. p. 160. usi erat *lege* usi erant. p. 182. barbaros *lege* in barbaros. p. 228. citato *lege* citatim. p. 240. obsistit *lege* obstitit. p. 302. antropohagi *lege* antropophagi.







H T